So°. b. th. do. q celū habet virtutē vt sit semp. Et ideo melius dicendū est q cū potentia dicat ad actū oportz iudicare de potētia scōm modū actus. motus aūt scōm sui ratōem q̄titatem habet z extensionē. vnde duratio eius infinita reqrit qꝺ potentia motꝰ sit infinita. esse autē nō habet aliquā extensionem q̄titatis precipue in re cuius esse ē inuariabile sicut celum. et ideo nō oportz q virtus essendi sit infinita in corpore finito licz in infinitū duret. q; non differt q ꝑ illā virtutē aliqꝺ duret in vno instāti vel tēpore infinito. cū esse illud inuariabile nō attingat a tēpore. nisi
4 per accidens ¶ Quarta obiectio est de hoc q nō videtur esse necessariū q illud qꝺ mouet tempore infinito habeat potentiā infinitā in illis mouentibꝫ que mouendo nō alterant̄. q; talis motus nihil cōsumit de potētia eoꝝ. vnde nō minore tēpore mouere possunt postq; aliquo tēpore mouerūt q; ante. sicut solis virtus finita est. z q; in agēdo eius ꝑtus actiua nō minuit̄ infinito tēpore potest agere in hec inferi-
So°. b. th. ora scm naturā ¶ Et ad hoc dicimus q corpus non mouet nisi motū vt ꝓbatū est. z ideo si ꝓtingat corpus aliqꝺ nō moueri sequet̄ ipm nō mouere In omni aūt qꝺ mouet̄ est potētia ad opposita. q; termini motus sunt oppositi. z ideo q̄tū est de se omne corpus qꝺ mouet̄ possibile est nō moueri. z quod possibile est nō moueri nō habet de se vt ꝑpetuo tempore moueatur. et sic nec q in ꝑpetuo tempore moueat. Procedit ergo predicta demonstratio de potentia finita corporis finiti que nō ꝑt de se mouere tempore infinito. sed corpus qꝺ de se possibile est moueri z nō moueri. mouere z nō mouere. acquirere ꝑt ꝑpetuitatē motus ab aliquo qꝺ oportz esse incorporeum. z ideo oportet ꝑmū mouens esse incorporeū. z sic nihil phibet scm naturā corpus finitū qꝺ acquirit ab alio ꝑpetuitatē in moueri. habere etiā ꝑpetuitatem in mouere Nam z ipm ꝑmum corpus celeste scm naturam potest ꝑpetuo motu inferioꝛa corpora celestia reuoluere secundū q spera mouet speram. Nec est incōueniēs secūdū ꝓmē. q illud qꝺ de se est in potētia moueri z nō moueri. acq̄rat ab alio ꝑpetuitatem motus. sicut ponebatur esse impossibile de ꝑpetuitate essendi. nam motus est quidā ꝺfluxus a mouente immobili. z ideo potest aliqꝺ mobile acq̄rere ab alio ꝑpetuitatē motus. quā nō habet de se. esse aūt est aliquid fixum z quietū in ente. z ideo qꝺ de se est in potētia ad nō esse. nō potest vt ipe dicit se
5 eundū viam nature acquirere ab alio ꝑpetuitatem essendi ¶ Quinta obiectio est q ꝑ predictū ꝓcessum nō videtur maior ratio quare nō sit potentia infinita in magnitudine q; extra magnitudinē. nam vtro ꝑ solo biq; sequitur q moueat in nō tēpore. ¶ Et ad hoc dicendū q finitū z infinitū in magnitudine z tempore z motu inueniūt̄ scm vnā rationē. sicut probatur in tercio z in. sexto phisicoꝝ. z ideo infinitus in vno eoꝝ aufert ꝓportionem finitam in alijs. In his aūt que carent magnitudine nō est finitum z infinitum. nisi equiuoce. vnde predictus modus demōstrandi
2 in talibus potentijs locum non habet. ¶ Aliter aūt respondetur z melius q celū habet duos motores. Celū hz duos motos. s. primū. z reunum proximū qui est finite virtutis. z ab hoc habet q motus eius sit finite velocitatis. z alīū remotum qui est infinite virtutis a quo habet q motus motū eius possit esse infinite duratōnis. z sic patz q potētia infinita que nō est in magnitudine potest mouere corpus nō immediate in tēpore. sed potentia que est in magnitudine oportz q moueat corpus immediate cū nullū corpus moueat nisi motum. vnde si moueret sequeret̄ q moueret non in tempore.
3 ¶ Potest adhuc melius dici q potentia que nō est in magnitudine est intellectus. z mouet per voluntatem. vnde mouet secundū exigentiam mobilis et nō scm proportionē sue virtutis. potentia autem que est in magnitudine nō potest mouere nisi p necessitatem nature. q; probatū est q intellectus nō ē virtus in corpore qꝺ z sic mouet de necessitate scm

ꝓportionem siue q̃titatis. vnde sequitur si mouet q̃
mouear in instãti. fm hoc ergo remotis p̃dictis ob
9 iectionib⁹ procedit d̃monstratio Aresto. ¶ Ampli⁹
nullus motus qui est a mouẽte corporeo potest esse
cõtinuus ⁊ regularis. eo q̃ mouens corporale in mo
tu locali mouet attrahẽdo vel expellẽdo. id autem
q̃d attrahitur vel expellit. nõ in eadem dispositione
se habet ad mouentẽ a principio motus vsq̃ ad finẽ
cum quandoq̃ sit ꝓpinquius quãdoq̃ remotius.
et sic nullũ corpus potest mouere motũ cõtinuum ⁊
regularem. motus autẽ primus est continuus et re
gularis. vt probatur in octauo phisicor. igitur mo
10 uens primum motum nõ est corpus ¶ Item nul
lus motus qui est ad finẽ qui exit de potẽtia in actũ
potest esse perpetuus. q̃ cum peruentũ fuerit ad actũ
motus quiescit. si ergo motus p̃mus est perpetuus.
oportz q̃ sit ad finem qui sit semper. ⁊ omnib⁹ mo
dis in actu. tale aũt nõ est aliquod corpus neq̃ ali
qua virtus in corpore. cũ omnia hmõi sint mobilia
per se. vel per accidens. igitur finis p̃mi motus non
est corpus neq̃ virtus in corpore. finis aũt p̃mi mo
tus est primũ mouens quod mouet sicut desideratũ
hoc aũt est deus. deus igitur neq̃ est corpus neq̃ vir
tus in corpore. ¶ Quãuis autem falsum sit secun
dum fidem nostrã q̃ motus celi sit perpetuus. vt in
fra patebit. tamen verũ est q̃ motus ille nõ deficiet
neq̃ propter ipotẽtiam motoris neq̃ propter cor
ruptionẽ substantie mobilis. cũ nõ videatur motus
celi per diuturnitatẽ temporis lentescere. vnde d̃mõ
strationes predicte suã efficatiam nõ perdunt. Huic
autẽ veritati d̃monstrate cõcordat diuina auctori
tas Dicitur autẽ Joh̃es. iiij. Spiritus ẽ deus. ⁊ eos
qui eum adora. in spiritu ⁊ vẽe ado. oz. Dicitur
etiã primo Thimothe. p̃mo. Regi seculoz immor
tali. soli deo. Et Rho. p̃mo. Inuisibilia dei per ea q̃
facta sunt intel. conspi. Que eĩ nõ visu sed intelle
ctu conspiciũtur in corporea sunt. Per hoc aũt de
Error p̃mo rũ p̃hoz struitur error p̃moz p̃hoz naturaliũ qui nõ pone
bant nisi causas materiales. vt ignẽ vel aquã vel ali
quid hmõi. ⁊ sic prima rez principia corpora dice
bãt. ⁊ eadẽ vocabant deos Inter quos etiã q̃dã fue
runt ponẽtes causas mouẽtes amicitiã ⁊ litem. qui
etiã propter p̃dictas rationes cõfutant. nam cum lis
et amicitia sint in corporibus fm eos. sequetur prima
principia mouẽtia esse virtutes in corpore Ipsi etiã
ponebãt deum esse compositũ ex quattuor elemen
tis ⁊ amicitia. per quod datur intelligi q̃ posuerunt
deũ esse corpus celeste Inter antiquos autem solus
No. ḣ lau. Anaragoras ad veritatẽ accessit ponens intellectuz
Anarago. mouentem omnia separatũ. ¶ Hac etiã veritate re
darguunt gẽtiles ponẽtes ipa elemẽta mũdi ⁊ ꝑtes
in eis exire deos eẽ. vt solẽ lunã terrã aquam ⁊
hmõi occasionẽ habentes ex p̃dictis p̃hoz errorib⁹.
Predictis etiã rõnib⁹ excludunt deliramẽta iudeo
rũ simpliciũ. tertuliani. vadianoz siue ãtropomor
fitaz hereticoz q̃ deũ corporalib⁹ lineamẽtis figura
bãt. nec nõ ⁊ manicheoz q̃ quãdã infinitã lucis sub
stãniã p infinitũ spatiũ distẽtã deũ estimabãt. Quoz
oĩz erroz fuit occasio q̃ de diuinis cogitãtes ad ima
ginatiõnem deducebant. p quã nõ ꝑt accipi nisi cor
poris similitudo. ⁊ ideo eã in incorporeis meditan
dis derelinquere optet

Error ma/nicheoz.

¶ Q̃s deus est sua essentia. xxiij. Jõ p.ª p.ᵉ q. 3. ar. 3°. Jsta p.° p.ª

EX p̃missis autẽ ha
berí ꝑt q̃ deus ẽ sua eẽntia q̃dditas seu natu
ra. Jn oĩ eĩ eo q̃d nõ ẽ sua eẽntia siue q̃d
ditas. oz aliquã esse ꝓpõnẽ. cũ eĩ in vnoq̃q̃ sit sua
eẽntia. si nihil in aliq̃ eẽt ꝑter eius eẽntiam. totũ q̃d
res ẽ esset ei⁹ eẽntia. ⁊ sic ipm eẽt sua eẽntia. si igit ali
q̃d nõ eẽt sua eẽntia oz aliq̃d in eo eẽ ꝑter ei⁹ essentiã
⁊ sic oz in eo eẽ ꝓpõnẽ. vnde etiã essentia in ꝓpositz
signat ꝑ modũ ptis. vt hũanitas in hoĩe. oĩsium est
aut in deo nullã esse ꝓpõnẽ. de⁹ igit ẽ sua eẽntia ¶ Ad 2.
ho. solũ illud videt eẽ ꝑter essentiã vel q̃dditatẽ rei
q̃d non intrat definitõem ipius. definitio eĩ signat
q̃d ẽ res. sola aũt accidẽtia rei sunt q̃ in definitõne nõ
cadũt. sola igit accidẽtia sunt in re aliq̃ ꝑter essentiã
ei⁹. in deo aũt nõ stz aliq̃ accidẽtia. vt oĩsium ẽ. nihil
igit ẽ in eo ꝑter essentiã ei⁹. est igit ipe sua essentia
¶ Ampli⁹. forme q̃ de rebz subsistẽtibz nõ p̃dicant. si 3.
ue in vniuersali siue in singulari acceptis. stz forme q̃
nõ p se singulariter subsistũt in seipis indiuiduate.
nõ eĩ dz q̃ sortes aut hõ aut aial sit albedo. q̃ albe
do nõ ẽ p se singul⁹ subsistẽs sz indiuiduat p subiectũ
subsistẽs. sil⁹ etiã forme naturales nõ subsistũt p se
singulariter sz indiuiduãt in ꝓprijs materijs. vñ nõ
dicimus. q̃ hic vel ille ignis aut ignis sit sua forma.
Jpse etiã eẽntie vel q̃dditates genez vel spẽz indiui
duant fm materiã signatã hui⁹ vel illi⁹ indiuidui. sz
etiã q̃ddtas gnis vel spẽi formã includat ⁊ materiã
in cõi. vñ nõ dz q̃ sortes l hõ sit hũanitas. sz diuina
essentia ẽ p se singul⁹ exis ⁊ in seipa idiuiduata vt
oĩsium ẽ. diuina igit eẽntia p̃dicat de deo vt dicat. de⁹
est sua essentia ¶. Preterea eẽntia rei vel ẽ res ipa vel 4
se hz ad ipam aliq̃ mõ vt causa. cũ res p suã eẽntiaz
spẽm sortiat. sz nullo mõ ꝑt esse aliq̃d eã dei. cum sit
p̃mũ ens vt oĩsum ẽ de⁹ igit ẽ sua eẽntia ¶ Jtẽ q̃d nõ 5
ẽ sua essentia se hz fm aliq̃d sui ad ipam vt potentia
ad actũ. vñ p modũ forme signat eẽntia vt puta hu
manitas. sz in deo nulla ẽ potẽtialitas vt sup oĩsum
est. oz igit q̃ ipe sit sua essentia

¶ Q̃s in deo idẽ est esse ⁊ essentia xxiij. Jõ p. q. 3 ar. 4. Et de po. q. 7. a. 2 Jsta p.° p.ª.

EX his autez que su
pra ostẽsa stz vlteri⁹ ꝓbari ꝑt q̃ in deo nõ
est aliud eẽntia vel q̃ddtas q̃z suũ eẽ. ostẽ

sum ẽ. eñ sup̃ aliq̃d eẽ qđ p se nẽce est eẽ qđ dr̃ ẽ. hoc igit̃ eẽ qđ nẽce est. si ẽ alicui q̃dditati ꝓiũctũ q̃ nõ est qđ ipm ẽ. aut ẽ dissonũ illi q̃dditati seu repugnãs sicut p se existere q̃dditati alterdinis. aut ei ꝓsonũ sine affine sicut alterduni eẽ i alio. si ꝑmo mõ. illi q̃dditati nõ ꝓueniet eẽ qđ ẽ p se necesse eẽ sicut nec alterdini p se existere. si ãt scđo mõ. oz q vel eẽ hmõi dependeat ab ẽntia. vl vtrũq̃ ab alia cã. vel ẽntia ab eẽ. ꝑma duo sũ ꝓtra rõnẽ ei⁹ qđ est p se nẽce esse. qz si ab alio dependet. iã nõ est nẽce esse. Ex tertio ꝙo sequit̃ q illa q̃dditas accidẽtaliter aduenit ad rẽ q̃ p se nẽce ẽ eẽ qz oẽ qđ sequit̃ ad eẽ rei est ei accñtale. z sic nõ erit ei⁹ q̃dditas. dr̃ igit̃ nõ hz essentiã q̃ nõ sit suũ esse ¶ Sz ꝓtra hoc ꝑt dici q illud eẽ nõ absolute dependet ab essentia illa vt oino nõ sit nisi illa esset. sed dependet q̃tũ ad ꝓiũctõem qua ei cõiungitur. z sic illud eẽ p se nẽce est. sz ipm ꝓiũgi nõ p se nẽce est Hec aũt rñsio ꝑdicta inconuenięcia nõ euadit. qz si illud eẽ ꝑt intelligi sine illa essentia seq̃t q illa ẽntia accñtaliter se hz ad illud esse. sed id qđ est p se necesse est eẽ illud eẽ. ergo illa essentia se habet accidẽtaliter ad id qđ est p se necesse eẽ. nõ ergo ẽ quidditas eius. hoc ãt qđ est p se necesse eẽ est deus. nõ igitur illa est essentia dei. sed aliqua essentia deo posterior. si aũt nõ potest intelligi illud eẽ sine illa essentia. tũc illud eẽ absolute dependet ab eo a quo dependet cõiunctio sua ad essentiam illã. z sic redit idẽ quod prius ¶ Itẽ vnũquodq̃ est per suũ eẽ. quod igit̃ nõ est suũ eẽ nõ est p se necesse esse. deus aũt est p se nẽce esse. ergo deus est suũ eẽ.

¶ Amplⁱ⁹. si eẽ dei nõ est sua ẽntia. nõ aũt pars ei⁹ esse potest. cũ essentia diuina sit simplex. vt ostensum est. oportz q hmõi esse sit aliquid ꝑter essentiam eius. omne aũt quod cõuenit alicui qđ nõ est de essentia eius cõuenit ei per aliquã causam. ea eñ que p se nõ sunt vnũ si conũguntur oportz per aliquã causam vniri. esse igitur cõuenit illi quidditati per aliquam causam. aut igit̃ per aliquid quod est de essentia illius rei siue per essentiã ipam. aut p aliquid aliud Si primo modo. essentia aũt est secũdũ illud esse. sequitur quod aliquid sit sibiipsi causa essendi. hoc autẽ est impossibile. qz prius secũdũ intellectũ est causaz esse q̃z effectũ. si ergo aliquid sibiipsi esset causa essendi. intelligeret esse anteq̃z haberet eẽ quod est impossibile. nisi intelligat q aliquid sit sibi causa essendi secũdũ eẽ accidẽtale. quod eẽ est secũdũ quid. hoc eñ est impossibile Inuenit̃ eñ aliquod ens accidentale causatum ex principijs sui subiecti ante quod eẽ intelligitur eẽ substãtiale subiecti. nũc aũt nõ loquimur de eẽ accidẽtali. sed de substãtiali. si aũt illi eẽ ꝓueniat p aliquã aliã causam. oẽ aũt qđ acq̃rit eẽ ab alia cã ẽ causatũ. z nõ ẽ cã ꝑma. deus aũt ẽ ꝑma cã nõ habens cãm. vt sup̃ demõstratũ ẽ. igit̃ ista q̃dditas q̃ acq̃rit eẽ aliũde nõ est q̃dditas dei. necesse igit̃ est q dei esse q̃dditas sua sit. ¶ Amplⁱ⁹. eẽ actũ quędã noiat. non eñ dr̃ eẽ aliq̃d ex hoc qđ est in potẽtia. sz ex hoc qđ est in actu. oẽ aũt cui aliqs actus ꝓuenit aliq̃d diuersum ad eo exns. se hz ad ipm vt potẽtia ad actũ. actus eñ z potẽtia ad seinuicẽ dicunt. si g̃ diuina essentia ẽ aliud q̃z suũ eẽ. sequit̃ q ẽntia z eẽ se habẽt sicut potẽtia z actꝰ. oñsum est aũt sup̃ in deo nihil eẽ de potẽtia. sz ipm eẽ pur actũ. nõ igit̃ dei essentia est aliud q̃z suũ eẽ ¶ Itẽ oẽ qđ nõ ꝑt eẽ nisi ꝓcurrẽtibus pluribꝰ. est ꝓpositũ. sz nulla res in qua ẽ aliud essentia z aliud eẽ ꝑt eẽ nisi ꝓcurrẽtibꝰ pluribꝰ. s. ẽntia z eẽ. ergo oĩs res in qua ẽ aliud ẽntia z aliud eẽ. ẽ cõposita. dr̃ aũt nõ est cõpositꝰ. vt ostẽsum ẽ. ipm igit̃ eẽ dei est sua ẽntia. ¶ Amplⁱ⁹. oĩs res ꝑticipata hz eẽ. nulla igit̃ res cuiꝰ ẽntia nõ ẽ suũ eẽ ẽ p ẽntiã suã sz ꝑticipatõe alicuiꝰ. s. ipius eẽ. qđ aũt ẽ p ꝑticipatõ nẽ alicuius nõ ꝑt esse ꝑmũ ens. qz id qđ aliq̃d ꝑticipat ad hoc qđ sit. ẽ eo ꝓus. drꝰ aũt est ꝑmũ ens quia nihil est prius. dei igit̃ ẽntia ẽ suũ eẽ ¶ Hãc aũt sublimẽ veritatẽ Moyses a dño ẽ edoctꝰ. q̃ cũ q̃reret a dño Exo. iij. dicẽs. Si dixerint ad me filij israel qđ est nomẽ eiꝰ. q̃d dicã eis. dñs respondit. Ego sum q̃ sum sic dices filijs israel. q̃ est misit me ad vos. ostẽdit deus suũ ꝓpriũ nomẽ eẽ qui est Qđlibet aũt nomen est institutũ ad significãdũ naturã seu ẽntiã alicuiꝰ rei. vñ relinquit̃ q ipm diuinũ eẽ est sua ẽntia vl natura Hãc etiã veritatẽ catholici doctores ꝓfessi sunt Alit nãq̃ Hilariꝰ in li. de tri. Esse nõ ẽ accidẽs deo sz subsistens veritas. z manens cã z naturalis generis ꝓprietas Boeciꝰ etiã dt in li. de tri. q divina suba ẽ ipm eẽ. z ab ea est esse.

¶ Q in deo nõ est accidens capitulum xxiij.

EX hac etiã veritate de necessitate sequit̃. q deo sup̃ ei⁹ ẽntiam nihil supueniẽte possit neq̃ aliq̃d ei accidẽtaliter inesse Ipsum eñ eẽ nõ ꝑt ꝑticipare aliquid qđ nõ sit de ẽntia sua q̃uis id qđ est possit aliquid aliud ꝑticipare. nihil eñ est formaliꝰ aut simplicius q̃z eẽ z diuina aũt suba est ipm eẽ. g̃ nihil hz qđ non sit de sua suba. nullũ ergo accidens ei inest ꝑt ¶ Amplⁱ⁹. omne qđ inest alicui accñtaliter hz causam quare insit. cũ sit ꝑter ẽntiã eius cui inest. si igit̃ aliq̃d accidẽtaliter sit in deo. oz q hoc sit p aliquã cãm. aut ergo cã accñtis ẽ ipa diuina suba. aut aliq̃d aliud Si aliq̃d aliud oz q illud agat in diuinaz subam. nihil eñ inducit aliquã formã vel subalẽ vel accidẽtalem in aliq̃ recipiẽte nisi aliquo mõ agẽdo in ipum. eo q agere nihil aliud ẽ q̃z facere aliq̃d actu. qđ q̃dẽ est per formã. g̃ deus patiet̃ z mouebit̃ ab aliquo agẽte. qđ est ꝓtra ꝑdeterminata Si aũt ipa diuina suba ẽ cã accidẽtis qđ sibi inest. impossibile aũt ẽ q sit cã illius fm q ẽ recipiẽs ipm. qz sic idẽ fm idẽ faceret seipsum in actu. g̃ oz si in deo ẽ aliqđ accñs q fm aliud z ali-

Jđ p. q. 3 ar. 6. Et p. scđ. d. 8. q. 7. a. 2 Et de po. q. 7. ar. 4 Jsta 2° p.

ūd recipiat ⁊ causet accīs illud. sicut corpalia recipiunt ppria accidētia p naturā materie ⁊ causant per formā. sic igit̄ deus erit ꝓpositus. cui⁹ ꝓtrariū super⁹ pbatū ē¶ Jtē oē subiectū accidētis ꝓpat ad ipm vt potētia ad actū. eo q accīs q̄dā forma ē faciens esse actu ſm eē accīntale. sed in deo nulla ē potentialitas. vt supꝫ ostēsum ē. in eo igit̄ nullū accīs eē pt¶ Adhuc 4
cuicūqꝫ ineſt aliq̄d accidētaliter ē aliquo mō ſm suam naturā mutabile. accīs em̄ de se natū est ineſſe ⁊ nō ineē. si igit̄ de⁹ hꝫ aliq̄d accidētaliter sibi ꝓueniēs sequet̄ q ipe sit mutabilis. cui⁹ ꝓtrariū supꝫ demōstratū est¶ Ampli⁹. cuicūqꝫ ineſt aliq̄d accīs nō ē q̄cq̄d hꝫ in se. q⁹ accīs nō ē de eētia subiecti. ſꝫ deus ē q̄cq̄d in se hꝫ. in deo igit̄ nullū est accīs ¶ Media sic pbat. vnūqq̄qꝫ nobili⁹ inuenit̄ in cā q̄ꝫ in effectu. deus aūt est oīm cā. ḡ quicq̄d ē in eo nobilissimo mō in eo inuenit̄. pfectissime aūt ꝓuenit aliq̄d alicui quod est ipmmet. hoc em̄ pfecti⁹ est vnū. q̄ꝫ cū aliq̄d alteri substātialiter vnit̄ vt forma materie. q̄ etiā vnio pfectior est q̄ꝫ cū aliq̄d alteri accīntaliter ineſt. relinq̄t 6
ergo q de⁹ sit quicq̄d hꝫ ¶ Jtē suba nō dependet ab accīnte q̄ꝫ nis accīs dependeat a suba. qđ aūt nō dependet ab aliq̄ pt aliq̄ inueniri sine illo. ergo pt aliq̄ substātia inueniri sine accīnte. hoc aūt p̄cipue videt̄ simplissime substātie ꝓuenire qualis est suba diuina. diuine igit̄ substātie oīno accīs nō ineſt. In hanc aūt sentētiā etiā catholici doctores ꝓueniūt. vt Aug⁹. in li. de trini. dt q in deo nullū est accidēs. Ex hac aūt veritate ostēsa. error quorūdā in lege sarracenoꝝ loquentiū cōfutatur q̄ ponūt quasdā intentionenes diuine essentie superadditas.

¶ Qꝫ diuinū esse nō pt designari per additionē alicuius dentie substātialis xxv

Jō p. q. 3 ar. 3. Jsta 2° p².

OStendi etiā ex pre- 1
cedentibꝫ pt q supra ipm diuinū esse nō pt aliquid superaddi qđ designet ipm designatione essentiali. sicut designat genus p differētias. impossibile em̄ est aliq̄d esse in actu nisi omnibꝫ existētibꝫ quibꝫ ei⁹ substātiale designat. nō em̄ potest eē animal in actu quin sit aīal rōnale vel irrationale. vnde etiam platonici ponētes ydeas nō posuerūt ydeas per se existētes genera que designātur ad esse speciei p differētias essentiales. sed posuerūt ydeas p se existens solaz speciez que ad sui designationem nō indigent essentialibꝫ differētijs. si ergo diuinū eē per aliquid aliud superadditū designetur designatione essentiali. ipm eē nō erit in actu nisi illo superaddito existente. sed ipm esse diuinū est sua substātia. vt ostensum est ergo substātia diuina nō potest esse in actu nisi aliquo supervenīēte. ex quo potest cōcludi q nō sit per se necesse eē. cuius ꝓtrariū supra ostēsum est.¶ Jtem 2.
dīne illud qđ indiget aliquo superaddito ad hoc q possit esse ē in potētia respectu illius. sed diuina substātia nō est aliquo mō in potētia. vt supra ostensum ē. q⁹ sua substātia est suū esse. ergo eē suū nō pt designari aliqua designatōe substātiali p aliq̄d sibi superaddit̄ ¶ Ampli⁹. omne illud p qđ res ꝓsequit̄ eē in 3
actu ⁊ ē intrinsecū rei. vel ē tota eētia. vel ps eētie. qđ aūt designat aliq̄d designatōe essentiali facit rem eē actu ⁊ ē intrinsecū rei designate. alꝫ p id designari nō posset substātialiter. ergo oꝫ q sit vel ipa eētia rei vel pars essentie. sed si aliq̄d superaddit̄ ad eē diuinū hoc nō pt esse tota essentia dei. q⁹ iam ostensum est q eē dei nō ē aliud ab essentia eius. relinq̄t ergo q sit pars eētie diuine. ⁊ sic deus erit compositus ex partibꝫ essentialiter. cui⁹ ꝓtrariū supra ostensum ē.
¶ Jtē qđ addit̄ alicui ad designatōem alicui⁹ designa- 4
tōne eētiali. nō ꝓstituit ei⁹ rōem. sed solū eē in actu rōnale em̄ additū aīali acq̄rit aīali esse in actu. nō aūt ꝓstituit rōnē aīalis inq̄ꝫtū est aīal. nā dīa nō intrat definitōem gn̄is. sed si in deo addat aliq̄d per qđ designet designatōe essentiali oꝫ q illud constituat ei cui addit̄ rōem ppie eius q̄dditatis seu nature. nā qđ sic addit̄ acq̄rit rei esse in actu. hoc aūt. s. eē in actu ē ipa diuina eētia. vt supra ostensum ē. relinq̄t ergo q supꝫ diuinū esse nihil possit addi qđ designet ipsum designatōe eētiali. sicut dīa designat genus.

¶ Qꝫ deus nō sit in aliquo genere. xxvi

Jō p. scp. d 8. q. 4. ar. 2 pª. p. q. 3. articu. 5. de po. q. 7. ar. 3 Jsta 2° p².

GRæ hoc aūt de necessi- 1
tate ꝓcludit̄ q deus nō sit in aliquo genere. Nā oīne qđ ē in aliquo gn̄e hꝫ aliquid in se per qđ natura generis designet̄ ad speciem. nihil em̄ est in gn̄e qđ nō sit in aliquo eius specie. hoc aūt in deo ē impossibile vt ostensum ē. impossibile est igit̄ deū esse in aliquo gn̄e¶ Ampli⁹. si deus sit in genere 2
aut ē in gn̄e accidētis aut in genere subē. in gn̄e accidentis nō est. accīs em̄ nō pt esse primū ens ⁊ prima cā. in gn̄e etiā subē eē nō pt. q⁹ substātia que est gen⁹ nō est ipm eē. alꝫ omnis substātia eēt eē suum. ⁊ sic nō esset causata ab alio cū ratio generis saluet̄ in omnibus que sub genere cōtinentur. ⁊ sic nulla substantia esset causata ab alio. qđ esse nō potest. vt patet ex dictis. deus aūt est ipm esse. igitur non est in aliquo genere¶ Jtem quicq̄d est in genere ſm esse differt 3.
ab alijs que in eodē genere sunt. alꝫ genus de pluribus nō predicaret. oꝫ aūt alia oīa que in eodē genere sunt in quidditate gn̄is conuenire. q⁹ de oībus gen⁹ in eo qđ quid est pdicaī. esse igitur cuiusliber in gn̄e exītis ē ꝑter gn̄is quidditatē. hoc aūt in deo impossibile ē. deus igit̄ in gn̄e nō ē¶ Ampli⁹. vnūqq̄qꝫ 4
collocaī in gn̄e p rōem sue q̄dditatis. genus aūt pdicaī in qđ est. sed quidditas dei ē ipm suū eē. fꝫ q nō collocaī aliq̄d in gn̄e. q⁹ sic ens esset gen⁹ qđ significat ipm esse. relinq̄t ergo q deus nō sit in gn̄e. Qꝫ

nūt ens nō possit esse gen⁹. ꝓbat p ꝑm in hūc mo/
dū. Si ens esset gen⁹. oporteret dare aliquā differen
tiam p quā traheret ad spēm. nullam aūt dare pticipat
gen⁹. ita. s. q genus sit in rōne dīe. qz sic gen⁹ pone/
ret bis in definitiōe spēi. sed oportz dare esse pter id
qđ intelligit in rōe gnis. nihil aūt potest cē quod sit
pter id qđ intelligit p ens. si ens sit de intellectu eoꝝ
de quib⁹ ꝑdicatur. z sic p nullā differentiam ꝓtrahi pt. re/
linquitur ergo q ens nō sit genus. vñ ex hoc de ne/
cessitate ꝓcludit q deus nō sit in gne ¶ Ex hoc etiam
pz q deus diffinīri nō pt. qz oīs diffinitio est ex gne z
differētijs. Patz etiā. q nō pt demōstratio de ipo fieri ni
si p effectū. qz principiū demōstratōis est diffinitio
eius dē de q fit demōstratio. Potest āt alicui videri q
q⁹uis nomē subē deo ꝓprie ꝓuenire nō possit. qz de⁹
nō substat accētib⁹. res tamē signata p nomē ei ꝓue
niat. z ita sit in gne subē. nā suba est ens p se qđ deo
ꝓstat ꝓuenire. ex quo ꝓbatū ē ipm nō esse accidēs.
¶ Sz ad hoc dīm est ex dictis. q in diffinitōne subs/
tātie nō est ens p se. ex hoc em qđ dz ens non posset
esse gen⁹. qz iā ꝓbatū est q ens nō hz rōnē gnis. simi
liter nec ex hoc qđ dz p se. qz hoc nō videt importare
nisi negatōem tm̄. Dicit em ens p se ex hoc q nō ē in
alio. qđ est negatio pura que nec pt naturā vel ratio
nem gnis ꝓstituere. qz sic genus nō diceret qd est res
sed qd nō est. oz igit q rō subē intelligat hoc modo
q suba sit res. cui ꝓueniat cē nō in subiecto. nomen
aūt rei a qđditate imponit. sicut nomē entis ab esse
z sic in rōne subē intelligat q habeat qđditatē cui cō
ueniat cē nō in alio. hoc aūt deo nō ꝓuenit. nā nō hz
qđditatē nisi suū esse. Vñ relinquit q nullo mō ē in
genere subē. z sic nec in aliquo gne cū oīsum sit ipm
nō esse in gne accidētis

Correlariū infert.

Instātia

Solo

¶ Qz deus nō est esse formale oīm .xxvij.

Jđ p.q.3 ar.8. Ista ꝑ⁹ p⁹ 1

Ex his cōfutat quo/
rūdā error. q dixerūt deū nihil aliud cē q esse formale vniuscuiusq rei Nā hoc esse
diuidit p cē subē. z cē accētis. diuinū aūt cē nō ē esse
subē neq cē accētis vt ꝓbatū ē. impossibile ē igit de
um cē illud cē q formaliter vnaquęq res ē ¶ Itē res 2.
ad inuicē nō distinguūt fm q cē hūt. qz in hoc om/
nia ꝓueniūt. si g res dīnt ad inuicē. oz q vel ipm cē
specificet p aliq⁹ dīas additas. ita q reb⁹ diuersis
sit diuersum cē fm spēm. vel q res dīant p hoc q
ipm cē diuersis naturis fm spēm ꝓuenit. sz p mū ho
rū ē impossibile. qz enti non pt fieri aliq additio fm
modū quo dīa addit gnī. vt dictū est. relinquit er/
go q res propter hoc differāt q habēt diuersas na/
turas quib⁹ acquirit esse diuersimode. esse aūt diui
nū nō aduenit alij nature. sed ē ipa natura seu essen/
tia diuina vt ostēsum est. si igit esse diuinū esset for/
male esse omniū. oporteret omnia simpliciter cē vnum

¶ Ampli⁹. ꝓncipiū naturaliter ꝓus ē eo cuius ē pn/ 3.
cipiū. cē aūt in quibusdā reb⁹ hz aliqđ qsi ꝓncipium
Forma em̄ dz cē ꝓncipiū essendi. z sūt agēs qđ facit
aliqua cē actu. si igit cē diuinū sit esse vniuscuiusq
rei. sequet q deus q ē suū cē habeat aliquā cām. z sic
nō erit necesse cē p se. cui⁹ ꝓtrariū supra oīsum ē ¶ Ad 4
huc. qđ ē cōe multis nō est aliqđ pter multa nisi sola
rōne. sicut aīal nō ē aliud pter sortē z platonē z alia
aīalia nisi intellectu q apprehendit formam aīalis
expoliatā ab oīb⁹ indiuiduantib⁹ z specificantib⁹.
homo em̄ est qđ vere est aīal. als sequeret q in sorte
platone essent plura aīalia. s. ipm aīal cōe z hō cōis
z ipe plato. multo ergo minus z ipm cē cōmune est
aliqđ pter oēs res existētes nisi in intellectu solus
si igit deus sit cōe esse. deus nō erit aliq⁹ res existēs ni
si q sit in intellectu tm̄. oīsum aūt est supra deū esse
aliqđ nō solū in intellectu. sz in rez natura. nō est igi
tur deus ipm esse cōe oīm. ¶ Itē generatio per se lo/ 5
quēdo est via in cē. z corruptio via in nō esse. nō em̄
generationis terminus ē forma z corruptōis priua
tio. nisi qz forma facit cē z ꝑuatio nō cē. dato em̄ q
aliqua forma nō faceret cē nō diceret generari. qđ
talē formā acciperet. si igitur deus sit oīm rez esse for
male sequetur q sit terminus gnationis. qđ ē falsum
cū ipe sit eternus. vt supra ostēsum est. ¶ Preterea. si/ 6
quēt q cē cuiuslibet rei fuerit ab eterno. nō igit po/
test cē generatio vel corruptio. si em̄ sit generatio oz
q cē preexistēs alicui rei de nouo acquirat. aut ergo
alicui prius existenti. aut nullo mō prius existenti.
Si primo mō. cū vnū sit cē oīm existētium. fm po/
sitionē ꝑdictā sequetur q res que generari dz. nō ac/
cipiat nouum cē sed nouū modū essendi. qđ nō fa/
cit generationē sed alterationē Si aūt nullo modo
prius existebat sequet q fiat ex nihilo qđ ē ꝓtra rō/
nē generatōis. igit hec positio oīno generationem z
corruptionē destruit. z ideo pz eam cē impossibilē
¶ Huic etiā errorē sacra doctrina repellit. dū ꝓfitetur
deū excelsum z eleuatū. vt dz Isa. vi. z eum sup oīa
esse. vt Rho. ix. habet. Si em̄ est cē omniū tunc ē ali/
qđ oīm. nō aūt sup oīa Hi etiā errātes eadē inia ꝓ/
pellunt qua z idolatre. q incōicabile nomē. scz dei li/
gnis z lapidib⁹ imposuerūt. vt habet Sap. xiiij Si
em̄ deus ē esse oīm. nō magis dicet vere lapis ē ens
q lapis ē deus Huic aūt errori quattuor sunt que quatuor formē
vident prestitisse fomētū ¶ Primū ē quarūdā aucto ta erroris
ritatū intellectus puersus Inuenit em̄ a Dio. dictū 1
quarto. ca. cele. ierar. Esse oīm supersentialis diui/
nitas Ex quo intelligere voluerūt ipum cē formale
oīm rez deū cē. nō cōsiderātes hūc intellectū ipis ver
bis ꝓsonū cē nō posse. Nā si diuinitas ē oīm cē for/
male. nō erit sup oīa sed intra oīa. immo aliqđ oīm
Cū em̄ diuinitatē sup oīa dixit. oīdit fm naturam
suā ab oīb⁹ distinctū z sup oīa collocatū. Ex hoc
vero q dixit q diuinitas est esse oīm̄. ostendit q

a deo in oībus q̄dam diuini esse silitudo reperitur Hunc etiā eoz puersum intellectū alibi aptꝰ exclu/dens. dixit eī in .ij. ca. de diuinis noībus. q̄ ipius dei neq; tactus neq; aliqua cōmixtio est ad res alias. si/cut est puncti ad lineam vel figure sigilli ad ceram.

2. ¶ Scōm qd eos in hunc errorē pmouit. est ratōnis defectus Quia eī id qd cōmune est. p additōem spe cificatur vel indiuiduat. estimauerūt diuinū esse cui nulla fit additio. nō esse aliquid ppriū sz esse cōmu/ne oīm. nō ꝯsiderantes q̄ id qd cōmune est vel vl'e. sine additōne esse nō potest. sed sine additōe ꝯsidera/tur. nō eī aīal potest esse absq; rōnali vel irrationali dr̄tia. q̄uis sine his differētijs cogitet. sz etiam co/gitetur vl'e absq; additōe. nō tamē absq; receptibili tate additōnis est. Nam si aīali nulla dr̄tia addi posset genus nō esset. z simil' est de oībus alijs no minibꝰ. diuinū aūt esse est absq; additōe nō solū co/gitatōe. sed etiam in rerum natura. z non solū absq; additōe. sed etiā absq; receptibilitate additōnis. vn ex hoc ipo q̄ additōem nō recipit nec recipere potest magis ꝯcludi pt q̄ deus nō sit eē cōmune. sz ppriuz Etenim ex hoc ipo suū eē ab oībus alijs distinguitur. q̄ nihil ei addi pt Vñ cōmētator in libro de cau sis dr̄ q̄ causa prima ex ipa puritate sue bonitatis ab

3. alijs distinguit̄ z quodāmodo indiuiduat. ¶ Ter/ciū qd eos in hunc errorē inducit. est diuine simpli/citatis ꝯsideratio. Quia eī deus infinite simplicita tis est. estimauerūt illud qd in vltimo resolutōis in uenit̄ eoz que sunt in nobis. deū esse quasi simplicis/simū. nō em est in infinitū pcedere in cōpositōne eo/rum q̄ sunt in nobis Jn hoc etiā eoz deficit ratio. dū nō attenderūt id qd in nobis simplicissimū inuenit̄ nō tā rem cōpletā q̄z rei aliq̄d esse. deo aūt simplici/

4. tas attribuit̄ sicut rei alicui pfecte subsistēti. ¶ Quar tum etiā qd eos ad hoc inducere potuit. est modus loquendi quo dicimus deū in oībus rebus eē. nō intelligētes q̄ nō sic est in rebꝰ quasi aliq̄d rei. sed si/cut rei causa que nullo mō suo effectui deest. Nō eī sil'r esse dicimus formā in corpe. z nautā in naui.

¶ Qꝺ deꝰ nō sit forma alicuiꝰ corpis .xxviij.

OStenso igitur q̄ de
Jsta ꝯ° p°. us nō sit esse oīm. sil'r ondi pt q̄ deus nō sit alicuius rei forma. Nā diuinū esse nō pōt

1. eē alicuiꝰ rei q̄ddītas q̄ nō sit ipm eē vt oīsum ē. qd aūt est ipm esse diuinū nō ē aliud q̄z deus. ipossibile

2. est igit̄ deū esse alicuiꝰ alterius formā. ¶ Amplius. forma corpis nō ē ipm eē sz essendi pncipiū. deꝰ aūt

3. est ipm eē. nō g̃ ē deꝰ forma corporis. ¶ Jtē ex vnio/ne forme z materie resultat aliq̄d cōpositū qd ē totū respectu materie z forme. partes aūt sunt in potētia respectu totius. in deo aūt nulla est potētialitas. im/possibile est igitur deū esse formā vnitam alicui rei.

¶ Adhuc. qd̄ per se habet esse. nobilius est eo quod habet esse in alio. oīs aūt forma alicuius corpis habet esse in alio. cuz igitur deus sit ens nobilissimū quasi prima essendi causa. nō potest esse alicuius for/ma. ¶ Preterea. hoc idē potest ostendi ex eternitate motus sic. Si deus est forma alicuius mobilis cum ipe sit pmum ens mouens. cōpositū erit mouens se ipsum. sz mouēs seipm pt moueri z nō moueri. vtrū q̄z igit̄ in ipo est. qd aūt est hmōi. nō hz motus inde ficientiā ex seipo. oportz igit̄ supza mouens seipm po/nere aliud pmū mouens qd̄ largiat̄ ppetuitatē mo/tus. z sic deus q̄ est pmum mouens nō ē forma cor/poris mouētis seipm. Est aūt hic pcessus vtilis po nentibꝰ eternitatē motus. quo nō posito eadē ꝯclu/sio haberi pt ex regularitate motꝰ celi. Sicut eī mo uens seipm pt quiescere z moueri. ita pt velocius et tardius moueri. necessitas igit̄ vniformitatis motꝰ celi expendet ex aliquo pncipio superiori oīno īmo/bili nō qd̄ est ps corpis mouētis seipm q̄si aliq̄ for/ma eiꝰ. ¶ Huic aūt veritati ꝯcordat scriptura. Dicit̄ eī in ps. Elevata ē magnificētia tua sup celos deꝰ. Et iob. xi. Excelsior celo ē. z q̄d facies. Lōgior terra mēsura eiꝰ z latior mari Sic igit̄ gētiliū error eua cuat̄. q̄ dicebāt deū eē aīam celi vel etiā aīam totius mūdi. Et ex hꝫ errore ydolatriā defendebāt. dicentes totū mūdū eē deū nō rōe corpis sz rōe aīe. q̄ supposi/to seq̄ opinabant̄ q̄ mūdo z ptibꝰ eiꝰ nō indebite di uinꝰ cultꝰ exhibebat̄. Cōmētator etiā dr̄ in .xi. mera/phi. q̄ hꝫ locꝰ fuit lapsus sapientū gētis zabioz vel id ē ydolatraz. q̄ sz posuerūt deū eē formā celi

Nota de ydolatria.

¶ De pfectōe diuina .xxix.

LIcet aūt ea q̄ sunt et
Jꝺ pª p. q. 4 Jsta ꝯ° pª. vniuūt pfectiora sint q̄z ea q̄ tm̄ sunt. deꝰ tm̄ q̄ nō ē aliꝺ q̄z suū eē ē vl'ter ens pfectū Et di

1. co vl'ter pfectū cui nō deest alicuiꝰ generꝫ nobilitas. Oīs em̄ nobilitas cuiuscūq; rei ē sibi fm suū eē. nul/la em̄ nobilitas eēt hoi ex sua sapia nisi p eā sapiens eēt. z sic de alijs. Sic g̃ fm modū q̄ res hz eē ē suus modꝰ in nobilitate. nā res fm q̄ suū esse ꝯtrahit̄ ad aliquē spēalē modū nobilitatꝫ maiorē vel minorem. dr̄ eē fm hꝫ nobilior vel minꝰ nobil'. igit̄ si aliq̄d est cui cōpetit tota ꝑfectus essendi. ei nulla ꝑfectus nobilitatꝫ deesse pt q̄ alicui rei ꝯueniat. sz rei q̄ ē suū eē cōpetit eē fm totā essendi ptātez. sic si eēt aliq̄ albedo sepata ni hil ei de ꝑfectute albedinis deesse posset. nā alicui albo ali q̄d de ꝑfectute albedinis deesse pt ex defectu recipien/tis albedinē q̄ eā fm modū suū recipit. z fortasse nō fm totū posse albedinis. deꝰ igit̄ q̄ ē totū suū eē vt supꝰ pbatū ē hz eē fm totā ꝑfectē ipius eē. nō pt g̃ carere aliq̄ nobilitate q̄ alicui rei conueniat. sicut g̃t ois no bilitas z pfectio ineſt rei fm q̄ ē. ita ois defectꝰ ineſt ei fm q̄ aliq̄liter nō est. deus aūt sicut hz eē totalr. ita ab eo totaliter abstrahit̄ nō esse. qz p modum p quē hz

aliquid esse deficit a nō esse. a deo ergo oīs defectus abstinet. est igitur vliter perfectus. istaverō que tantū sunt nō sunt imperfecta ꝓpter imperfectōnem ipsius esse absoluti. nō em̄ ipa habent esse sm̄ totum suum posse. sed participant esse p quendā particularē modum t impfectissimū. ¶ Jtē oīe impfectum necesse est ab aliquo perfecto ꝓcedere. semen em̄ est ab aīali vel a planta. igitur ꝑmum ens debet esse pfectissimū. ostensum aūt est deum esse ꝑmum ens. igitur est perfectissimus ¶ Amplius. vnūquodq; pfectum est in
2. q̄tum est actu. impfectum aūt sm̄ q̄ est potētia cum ꝑuatōne actus. id igitur quod nullo modo est in potentia. sed est actus purus oportz perfectissimū esse.
3. tale aūt est deus. igitur est pfectissimū ¶ Adhuc. nihil agit nisi sm̄ q̄ est in actu. actio igitur cōsequitur modū actus in agente. impossibile est igit effectuz q̄ p actōem educitur esse in nobiliori actu q̄ sit actus agentis. possibile est tamē actū effectus impfectiorē esse q̄ sit actus causē agentis eo q̄ actio potest debilitari ex parte eius in qđ terminat. Jn genere aūt causē efficientis fit reductio ad vnā causam que deus dr vt ex dictis patz. a quo sunt oīes res vt in sequentibus ostendet. oportz igit q̄ quicqđ actu est in qua cumq; re alia inueniri in deo multo eminētr q̄ sit in re illa nō aūt ecōuerso. est igitur deus pfectissimus.
4. ¶ Jtem in vnoquoq; genere est aliquid pfectissimū in genere illo ad quod oīa que sunt illius generis mēsurant. qz ex eo vnūquodq; ostendit magz t minus esse pfectum q̄ ad mensuram sui generis magz et minus appropinquat. sicut albū dr esse mensura in oībus coloribus. Et virtuosum inter oīes homines. id aūt quod est mēsura omniū entiū nō potest esse aliud q̄ deus qui est suū esse. ipi igitur nulla deest pfectionū que aliquibo rebus cōueniat al's non esset omniū cōmunis mēsura. Hinc est q̄ cum quereret Moyset diuinā videre faciem seu gloriam. responsum est ei a domino. Ego ostendā tibi oīe bonum. vt habet Exodi. xxxiij. per hoc dans intelligere in se oīs bonitatis plenitudinē esse. Diony. etiā in v.c. de diui. no. dr. Deus nō quidāmō est exīstens sed simpliciter t incircūscriptiue totū esse in seipo accepit t paccepit. Sciendū tamē q̄ pfectio deo cō-
Jō p.ª q.q. 4. ad. j. uenienter attribui nō potest li nomīs fcatio q̄tum ad sui originē attendat. quod em̄ factum nō est. nec pfectum dici posse videt. Sed qz oē qđ fit de potētia deductū ē in actū t de nō ē in ē qn̄ factū ē. tunc recte pfectum esse dr quasi totaliter factum quādo potētia totaliter est ad actum reducta. vt nihil de nō esse retineat sed habeat eē cōpletum. p quandā āt nominis extensionē pfectum dr nō soluz qđ fiendo peruenit ad actum cōpletū. sed id etiam quod est in actu cōpleto absq; oīi factōne. t sic deum pfectuz esse dicimus sm̄ illud Math. v. Estote pfecti sicut t pater vester celestis perfectus est.

¶ De silitudine creature ad deū .xxx.

Q Ꝛhoc aūt quō in rebus possit similitudo ad deum inueniri vl' nō possit ꝯsiderari potest. Effect⁹ em̄ a suis causis deficientes nō ꝯueniunt cum eis in nomine t ratōe. necesse est tamē aliquā inter ea silitudinē inueniri. de natura em̄ agētis est vt agēs sibi sil'e agat. cuz vnūquodq; agat sm̄ q̄ actum est. vnde forma effectus in causa excedēte inuenitur q̄dem aliqualiter. sed sm̄ alium modū t aliam rōem. ratōe cuius causa equiuoca dr. sol em̄ in corporibo inferioribo calorem causat agēdo sm̄ q̄ actu est. vnde oportz q̄ calor a sole generatus aliqualē silitudinē obtineat ad virtutē solis actiuā. per quam calor in istis inferioribo causatur ratōe cuius sol calidus dr q̄uis nō vna ratōne. t sic sol oībo illis silis aliqualiter dr in q̄bus suos effect⁹ efficaciter inducit. a q̄bus tū rursus oībus dissilis ē in q̄tum hmōi effectus nō eodem modo possident calorē hmōi quo in sole inuenitur. ita etiam t deus oīes pfectōes rebus tribuit ac p hoc cū oībus silitudinem hz t dissilitudinē simul. Et inde est q̄ sacra scriptura aliquādo silitudinē inter deū t creaturam cōmemorat. vt cū dr Gen. i. Faciam⁹ hoiem ad ima. et similitudinem nostrā. Aliquādo vero silitudo negat sm̄ illud Jsa. xl. cui ergo silem fecistis deum aut quā ima. po. ei. Et in ps. Deus q̄ silis erit ti. ne ta. tc. Huic āt ratōni Diony. ꝯcordat. qui. ix. c. de diui. no. dr. Eadē silia sunt deo t dissimilia. silia q̄dem sm̄ imitatōem eius q̄ nō est pfecte imitabilis qualē in eis esse ꝓtingit. dissimilia aūt sm̄ q̄ causata habet mīn⁹ suis causis Scōm tamē hāc silitudinē ꝯueniētius dicit deo creatura silis q̄z ecōuerso. Sil'e ei alicui dr qđ ei⁹ possidet qualitatē vel formā. qz igitur id qđ in deo pfecte est in rebus aliis p quandā deficientē participatōem inuenit. illud sm̄ qđ silitudo attēditur dei quidē simpl'r est nō aūt creature. t sic creatura hz qđ dei est. vnde t deo recte similis dicit. Non aūt sic potest dici deum habere quod creature est. vnde nec cōuenienter dicit deum creature silem esse sicut nec hominē dicimus sue imagini fore sil'em. cui tamē sua imago recte silis enūciatur. Multo igitur etiā minus proprie dr q̄ deus creature assimilet. naz assimilatio motum ad silitudinem dt. t sic competit ei q̄ ab alio accipit. vnde sil'e ei sit. creatura aūt accipit a deo vnde ei sit silis. nō aūt ecōuerso. nō igit de creature assimilat. sed magis econuerso.

Creatura ē silis deo nō ecōuerso

Deo nō assimilat creature. sz ecō.

¶ Que noīa de deo pīt pdicari. xxxi

Q Ꝛhis etiā cōsiderari pt qđ de deo dicit' nō dici possit. qđ vel de eo tm̄ dicat. qđ etiā de eo sil'e t aliis rebo. qz ei oēz pfectōez creature ēi deo inēnire sz p modū eminētiorē

Dissic' noīa

q̄cūq; noīa absolute pfectōem absq; defectu dēsignāt de deo p̄dicanť ⁊ alijs rebꝫ. sicut est bonitas. sapia. eē et alia hmōi. Quecūq; ꝯo noīa hmōi pfectōem dēsignant cū mō ꝓprio creaturis. de deo dici nō. p̄nt nisi p̄ silitudinē ⁊ metaphorā p quā q̄ sunt vnius rei alteri solēt adaptari. sicut aliq̄s hō dr. lapis ꝓpter diuriciā intellectus. hmōi autē sunt oīa noīa iposita ad dēsignandū spēm rei create. sicut hō ⁊ lapis. nā cuilibet spēi dēbť ꝓprius modus pfectōis ⁊ eē. silr etiā q̄cunq; noīa ꝓprietates rez dēsignāt q̄ ex ꝓprijs ꝓncipijs spērū causanť. de deo dici nō p̄nt nisi metaphorice. q̄ ꝯo hmōi pfectōes exp̄munt cū supeminentiori mō quo deo ꝯueniunt de solo deo dicuntur. sicut summū bonū. p̄mū ens ⁊ alia hmōi. Dico aūt aliq̄ p̄dictoꝝ noīm pfectōem absq; defectu iportare q̄tū ad illud ad qđ signandū nomē fuit impositū. q̄tum vero ad modū signādi oñe nomē cū defectu est. nam noīe res exp̄mimus eo mō quo intellectu ꝯcipimus Intellectus aūt noster ex sensibilibꝫ cognoscēdi initiū sumēs illū modū nō transcēdit q̄ in rebꝫ sensibilibus inuenit in q̄bꝫ aliud ē forma ⁊ hns formā ꝓpē forme ⁊ materie cōpositōem. forma ꝯo in his rebus inuenit q̄dē simplex sz imp̄fecta vtpote nō subsistēs Habens ꝯo formā inuenit q̄dē subsistēs sz nō simplex imo ꝯcretōem hns. vñ intellectus noster quicq̄d signat vt subsistēs signat in ꝯcretōe. quod ꝯo vt simplex signat nō vt qđ est sz vt quo est ⁊ sic in oīm noīe a nobis dicto q̄tum ad modū signādi imperfectio inuenit que deo nō cōpetit q̄uis res signata aliquo mō eminēti deo ꝯueniat. vt patz in noīe bonitatis ⁊ boni. nā bonitas signat vt nō subsistēs. bonum aūt vt ꝯcretū. ⁊ q̄tū ad hoc nullū nomē deo ꝯuenienter aptať. sz solū q̄tū ad id ad qđ signandū nomē imponit. Nullū nomē deo ꝯpetit q̄z ad modū signādi

Pūt igit vt Diony. docet hmōi noīa ⁊ affirmari de deo ⁊ negari. affirmari q̄dē ꝓpter noīs rōem negari ꝯo ꝓpter signādi modū. modus aūt supeminentie q̄ in deo dicte pfectōes inueniunť p noīa a nobis iposita signari nō pōt nisi vel p negatōem. sicut cū dicim⁹ deū eternū vel infinitū. vel etiā p relatōem ipius ad alia. vt cū dr ꝑma causa vel summū bonum Nō em̄ de deo cape possumus q̄d ē sz q̄d nō ē. ⁊ qualiter alia se habeāt ad ipm vt ex supadictis patz.

¶ Q̄ diuina pfectio ⁊ pluralitas noīm diuino diuine simplicitati nō repugnāt .xxxij.

EX p̄dictis etiā videri p̄t q̄ diuina pfectio ⁊ plura nomina dicta de deo ipius simplicitati nō repugnāt Sic em̄ oēs pfectōes in rebꝫ aliis inuētas deo attribui dicimus sicut effectus in suis causis equiuocis inueniunť q̄ q̄dē effect⁹ in suis causis sunt ꝓpter vtute vt calor in sole. ꝓpter aūt hmōi nisi aliq̄liter eēt de genere caloris. sol p eū agēs nō sīle sibi generaret. ex hoc igit sol calid⁹ dr. ⁊ nō solū q̄z calorē facit. sz q̄z ꝓpter q̄ quam hoc facit est aliq̄d ꝓforme calori. p eandē aūt ꝓtutē p quā sol facit calorē. facit ⁊ multos alios effectus in inferioribꝫ corporibꝫ vtpote siccitatē. ⁊ sic calor ⁊ siccitas q̄ in igne sunt qualitates diuerse soli attribuuntur p vnā virtutē. ita ⁊ oīm pfectōnes que rebꝫ alijs fm diuersas formas ꝯueniūt. deo fm vnā eius virtutem attribui necesse est que q̄dem ꝓtus nō est aliud a sua essentia. cū ei nihil accidere possit vt. pbatū est. sic igit sapiēs deus dr nō solū fm hoc q̄ sapiam efficit. sed q̄z fm hoc q̄ sapientes sumus virtutē eius quasi sapientes nos facit aliq̄ūaten⁹ imitamur. nō aūt dr lapis q̄nis lapides fecerit. q̄z in noīe lapidis ītelligit modus essendi determinatus fm quē lapis a deo distinguit. imitať aūt lapis deum vt causam fm eē fm bonitatē ⁊ alia hmōi sicut ⁊ alie creature Hmōi autē sīle inueniri p̄t in pot ētijs cognoscitiuis ⁊ in virtutibus operatiuis humanis. intellectus em̄ vnica virtute cognoscit oīa que pars sensitiua diuersis potētijs apprehēdit ⁊ etiā alia multa. ītellect⁹ etiā q̄to fuerit altior. tāto aliquo vno plura cognoscere potest ad que cognoscēda intellectus inferior nō ptingit nisi p multa. Potestas aūt regia ad oīa illa extenditur ad que diuerse sub ipa potestates ordinē hnt. sic igit et deus p vnū simplex suū esse oīmodā pfectōem possidet quā alie res imo multo minorē p q̄dam diuersa ꝯsequunť. Ex quo patz necessitas pluriū noīm de deo dictoꝝ. q̄z em̄ cū nō possumus cognoscere naturaliter nisi ex effectibꝫ deueniēdo in ipm oportz q̄ noīa q̄bꝫ pfectōem ipius signamus diuersa sint. sicut ⁊ pfectōes in rebꝫ inueniunť diuerse. Si aūt ipaz ēcntiaz p̄ut est possem⁹ intelligere ⁊ ei nomē ꝓprium adaptare. vnō noīe tm̄ ea exp̄rimerem⁹. qđ ꝓmittim⁹ hijs q̄ eū p essentiā videbit. Zach. vlt. In die illa erit dns vnus. ⁊ nomē eius vnum.

¶ Q̄ nihil de deo ⁊ alijs rebꝫ vniuoce p̄dicať .xxxij

EX his etiam patet q̄ nihil de deo ⁊ rebꝫ alijs potest vniuoce predicari. Nam effectus q̄ nō recipit formaz fm spēm sīlem ei p quam agēs agit nomē ab illa forma sumptum fm vniuocā p̄dicatōnem recipere non potest. nō em̄ vniuoce dr calidus ignis a sole generatus ⁊ sol. rez aūt quaz deus est causa. forme ad spēm diuine virtutis nō perueniūt. cū diuisim vero particulariter recipiāt qđ in deo simplr ⁊ vlter inueniturpatz igit q̄ de deo ⁊ rebꝫ alijs nihil vniuoce dici potest. ¶ Amplius. si aliquis effectus ad speciem causē ptingat. p̄dicatōem nomis vniuoce nō ꝯsequitur. nisi fm eandē essendi modū eādem spēm vel formā suscipiat. nō em̄ vniuoce dr domus que est in arte ⁊ ī materia ꝓpter hoc q̄ forma domus hz esse dissīle vtrobiq;. res aūt alie etiā si oīno sīlem formā ꝯsequerētur. nō tm̄ ꝯsequunť fm eūdem modum essendi. nā nil ē in

Nota calor ⁊ ignis ⁊c.

Jō p⁹ p. q. 13. ar. 5

Jsta 2° p⁹ 5.

2.

deo qđ nō sit ipm esse diuinū vt ex dictis ptz. qđ in
alijs rebꝫ nō accidit. ipossibile ē igit aliqđ de deo vni-
uoce t rebꝫ alijs p̄dicari. ¶ Ad huc. oīe qđ de pluri- 3.
bus vniuoce p̄dicat. vel est genus vel spēs vel dīa
vel accīs aut ppriū. de deo aūt nihil p̄dicat vt genus
nec vt dīa vt supra oīsum est t sil'. nec vt definitio
nec etiā vt spēs q ex genere t dīa p̄stituit. nec aliqđ
ei accidere pt vt supra demōstratū est. t ita nil de deo
p̄dicat neqꝫ vt accīs neqꝫ vt ppriū. nā ppriū de ge
nere accidentiū est. relinquit igit nihil de deo t rebus
alijs vniuoce p̄dicari. ¶ Itē qđ vniuoce de pluribꝫ 4.
p̄dicat vtroqꝫ illoꝝ ad minus fm ītellectū simplici⁹
est. deo aūt neqꝫ fm rōem neqꝫ fm intellectū pt ēe ali
quid simplicius. nil igit de deo vniuoce t alijs rebus
predicat. ¶ Amplius. qđ de pluribꝫ p̄dicat vniuo- 5.
ce. fm pticipatōem cuiuscūq; coꝝ p̄uenit de quo p̄dica
tur. nā spēs pticipare dr genus t indiuidū spēm. de
deo aūt nihil dr p pticipatōem. nā oīe qđ pticipat
determinat ad modū pticipati. t sic pticialr siue pti-
cularīter habet t nō fm oēm pfectōis modū. oportz
igit nihil de deo t rebꝫ alijs vniuoce p̄dicari. ¶ Ad 6.
hoc. qđ p̄dicat de aliqbꝫ fm p̄us t posterius certum
est vniuoce nō p̄dicari. nā p̄us in definitōe posterio-
ris includit sicut substātia in definitōne accīntis fm
q est ens si igit diceret vniuoce ens de subā t accīte
oporteret etiā q substātia poneret in definitōe entis
fm q de substātia p̄dicat. qđ pz ēe ipossibile. nihil āt
de deo t rebꝫ alijs p̄dicat eodē ordine. sed fm p̄us t
posterius. cū de deo oīa p̄dicent essentialr. dr em ens
quasi ipa essentia. t bon⁹ quasi ipa bonitas. de alijs
aūt fiunt predicatōes p pticipatōem. sicut sortes dr
hō. nō q sit ipa humanitas. sz hūanitatē hns. ipossi
bile est igit aliqđ de deo t rebꝫ alijs vniuoce dici.

¶ Qđ attributa diuina nō p̄dicant de deo t crea-
turis pure equiuoce. .xxxiij.

Jđ pª p. q. 13. ar. 5 Jsta 2ª pª. 1.

Ex premissis etiā ptz
q nō quicqđ de deo t rebꝫ alijs p̄dicatur
fm purā equiuocatōem dr sicut ea q sunt
a casu equiuoca. Nam in his que sunt a casu equo-
ca nullus ordo aut respectus attendit vnius ad alte
rum. sed oīo p accīs est q vnū nomē diuersis re-
bus attribuit. nō em nomē impositū vni signat ipm
habere ordinem ad alterum. Sic aūt nō est de nomi
nibꝫ q de deo dicūtur t creaturis. Cōsideratur em in
hmōi nōīm cōmunitate ordo causet causati vt ex di
ctis ptz. nō igitur fm puram equocatōnem aliquid
de deo t rebꝫ alijs p̄dicat. ¶ Ampli⁹. vbi ē pura eq- 2.
uocatio nulla similitudo in rebꝫ illis attendit sed solū
vnitas nois. rez aūt ad deū est aliqs modus similitu-
dinis vt ex p̄dictis ptz. relinquit ergo q nō dicātur
de deo fm puram equocatōem. ¶ Item qñ vnū de 3.
pluribus fm purā equocatōem p̄dicatur ex vno eo-
rum nō possumus duci in cognitōem alterius. nam
cognitio rerū nō dependet ex vocibꝫ sed ex ratōe no-
minis. ex his aūt que in rebus aliqs inueniūtur in di
uinoꝝ cognitōem puenimus. vt ex dictis patz. non
igitur fm puram equocatōem dicūtur hmōi attribu
ta de deo t alijs rebus. ¶ Ad huc. equocatio nomīs
pcessum argumentatōnis impedit. si igit nihil dice- 4.
retur de toto t creaturis nisi pure equiuoce nulla ar
gumentatio fieri posset. pcedēdo de creaturis ad de-
um. cuius oppositū patz ex oīnibus loquentibꝫ de di
uinis. ¶ Amplius. frustra aliqđ nomē de aliquo pre
dicatur. nisi p illud nomē aliquid de eo intelligam⁹.
sed si nomē predicat de deo t creaturis oīo equo-
ce. nihil p illa nōīa intelligimus de deo cū ꝓpriētates
illoꝝ nominū note sint nobis solum fm q de creatu
ris dicunt. frustra igitur diceret aut pbaret de deo
q deus est bonus. vel si quid aliud hmōi est. Si āt Instātia
dicatur q p hmōi nomīa nō solum de deo cognosci
mus quid nō est. vt scz ea ratōe dicat viuens. qr nō
est de genere rerū inanimatarū. t sic de alijs. ad min⁹ Solō
oportebit q viuens de deo t creaturis dictum cō-
ueniat in negatōe inaīati. t sic nō erit pure equiuocū

¶ Qđ que dicuntur de deo t creaturis dicuntur
analogice. .xxxv.

Si igit ex dictis re-
linquitur q ea q de deo t rebus alijs dicū
tur neqꝫ equoce neqꝫ vniuoce p̄dicātur. sz
analogice. hoc est fm ordinē vel respectū ad aliquod
vnū. qđ qdem dupl'r ꝓtingit. Uno mō fm q mul Distinc° bi.
ta hnt respectū ad aliquod vnū sicut fm respectū ad
vnā sanitatē aīal dr sanū vt eius subiectū. medicina
vt eius effectiuū. cibus vt eius ꝓseruatiuū. vrina vt
ei⁹ signū. Alio mō fm q duoꝝ āttēdit ordo vel re- 2.
spectus nō ad aliqđ alterꝫ sed ad vnū ipoꝝ sicut ens
de subā t accīte dr fm q accīs ad subam respectum
hz. nō fm q subā t accīs ad aliqđ terciū referantur
Hmōi ḡ nōīa de deo t rebꝫ alijs nō dicunt analogi
ce fm pmū modū. oporteret em aliqđ eo ponere pri
us. sz mō secdo in hmōi aūt analogica p̄dicatōe ordo
attendit fm idē fm nomen t fm rē qñqꝫ. qñqꝫ vero Jđ pª q. q.
nō idē. Nā ordo nōis sequit ordinē cognitōis. qr ē 13. art. 6.
signū intelligibil' ꝓceptōis. qñ igit id qđ ꝓus est fm
rē inuenit etiā cognitōne ꝓus. idē inuenit ꝓus. t fm
nōis rōez. t fm rei naturā sicut subā prior est accīte
natura inqztū subā ē cā accīntis. t cognitōe inqztum
subā in definitōe accīntis ponit. t ideo ens dr ꝓus de
subā qz de accīte t fm naturā t fm nōis rōez. qñ ꝓo
illud qđ ē ꝓus fm naturā ē poster⁹ fm cognitōnem
tunc in analogicis nō est idem ordo fm rem t fm
nōis rōem. sic virt⁹ sanādi q ē in sanatiuis ꝓpr ē na
turalr sanitate q ē i aīali sic cā effectu. sz qr hāc ꝓtutē
p effectū cognoscim⁹. ió etiā ex effectu nōiam⁹. t in ē

q̄ sanatiuū est p̄us ordine rei. sed aīal dr p̄us sanum fm nois rōēz. sic igit. qz ex rebo alijs in dei cognitōēz puenim⁹. res noim dr deo t rebo alijs dictoz p̄ p̄us ē in deo fm suū modū. sed rō nois p posterius. vnde t nominari dr a suis causatis

¶ Qz plura noia dicta dr deo nō sunt synonima. .xxxvi.

Jō p³ p.q. 13.ar.4. Jō i dr po. q.7.ar.6

OStendit etiā ex dict⁹ q q̄zuis noia dr deo dicta eandē rē ſcent. nō tn̄ sunt synonima. qz nō signāt rōem eandē nā sicut diuerse resvni simplici rei q̄ dr est silantur p formas diuersas. ita intellect⁹ noster p diuersas conceptōes ei aliqualiter silatur inq̄tū p diuersas rōes siue pfectōes creaturaz in ipm cognoscendū producit et iō dr vno intellect⁹ noster multa ꝯcipiens nō ē falsus neq; vanus. qz illud simplex ee diuinū hmōi est vt ei fm formas multiplices aliq̄ assilari p̄nt vt sup̄ oñsum est. Sc̄dm aūt diuersas ꝯceptōes diuersa noia intellect⁹ adinuenit q̄ deo attribuit. t ita cū nō fm eandē rōēz attribuant. ꝯstat ea nō ee synonima q̄zuis rē oino vnā ſcent. nō em̄ ē eadē nois ſcatio cū nomē p p̄us tam ꝯceptōem intellectus q̄z rem itellectam significet.

¶ Qz ꝓpositōes quas intellectus noster dr deo formar nō sunt vane. .xxxvij.

Jō p³ p.q. 13.ar.12.

tam materie ꝑme. in gñatione tamē corpoꝝ aliorum oportꝫ essegenerationū ordinem ꝓpter multas formas intermedias inter ꝑmā formā elemēti ⁊ vltimā formā ad quā generatio ordinatur. ⁊ ideo sunt multe gñationes ⁊ corruptiones sese cōsequētes. Nec est inconueniēs si aliquid intermedioꝝ generaꝫ ⁊ statim postmodū interrumpiꝫ. qz itermedia nō habēt spēm cōpletā. sed sunt vt in via ad spēm. ⁊ ideo nō generā tur vt ꝑmaneāt. sꝫ vt p ea ad vltimū generatum ꝓueniaꝫ. Nec ē miꝝ si tota gñationis transmutatio nō ē cōtinua. sed sunt multe gñationes ītermedie. qz hoc etiam accidit in alteratōne ⁊ augmēto. nō em̄ ē tota alteratio cōtinua neqꝫ totū augmētū. sꝫ solū motus localis ē vere ↄtinuus. vt pz in. viij. physicoꝝ. quāto igiꝫ aliq̄ forma ē nobilioꝝ ⁊ magis distans a forma elemēti. tāto oꝝ esse plures formas ītermedias quibꝰ gradatim ad formā vltimā veniaꝫ. ⁊ p ↄsequēs plures gñationes medias. ⁊ ideo in gñatione aīalis ⁊ hoīs in quibꝰ ē forma pfectissima sunt plurime formē ⁊ gñationes ītermedie. ⁊ p ↄsequēs corruptōnes qz gñatio vnius ē corruptio alterius. aīa igiꝫ vegetabilis q̄ ꝑmo ineſt cū embrio viuit vita plāte. corrūpitur ⁊ succedit aīa pfectioꝝ que ē nutritiua ⁊ sensitiua simul. ⁊ tūc embrio viuit vita aīalis. hac aūt corrupta succedit aīa rōnalis ab extrinseco immissa. licꝫ ꝓcedētes fuerint virtute semīs. ¶ Nis igiꝫ visis faciSolō ꝑmi argumēti le ē respōdere ad obiecta. Qđ em̄ ꝑmo ob�

ꝫciꝫ oportere aīam sensitiuā eandē modū originis in hoīe ⁊ in brutis habere ex eo q̄ aīal ꝛ eis vniuoce ꝓdicaꝫ. dicimus hoc nccāriū nō ee. ⁊si em̄ aīa sensitiua in hoīe ⁊ bruto ↄueniāt fm gñs rōem. differūt tm̄ specie sicut ⁊ ea quoꝝ sunt formē. sicut em̄ aīal qđ ē hō ab alijs aīalibꝰ specie differt p hoc qđ est rōnale. ita aīa sensitiua hoīs ab aīa sensitiua bruti specie differt p hoc qđ est etiā intellectiua. aīa igiꝫ in bruto hꝫ id qđ est sensitiuū tm̄. ⁊ p ↄsequēs nec ee nec eius opatio supꝫ corpus eleuaꝫ. vñ oꝝ q̄ simul cū gñatione corpis generetur. ⁊ cū corruptōne corrumpaꝫ. aīa āt sensitiua i homine cū habeat supra sensitiuā naturā vim intellectiuā ex qua oꝝ q̄ ipsa suba aīe sit fm ee ⁊ opationem supra corpus eleuata neqꝫ p generationē corpis generaꝫ. neqꝫ p eius corruptionē corrūpiꝫ. diuersus ergo modus originis in aīabꝰ ꝓdictis nō est ex pte sensitiui ex q̄ sumiꝫ rō generis. sꝫ ex pte ītellectiui ex quo sumiꝫ dīa spēi. vñ nō pt ↄcludi diuersitas gñis. sed
2 sola diuersitas speciei. ¶ Qđ vero .ij. obiciꝫ ↄceptuꝫ ꝑus ee aīal q̄ hoiem. nō ondit rōnalem aīam cuꝫ semine ꝓpagari. naꝫ aīa sensitiua p quā aīal erat non manet. sꝫ ei succedit aīa q̄ ē simul sensitiua ⁊ ītellectiua ex q̄ ē aīal ⁊ hō simul. vt ex dictis pz.
3. ¶ Qđ vero .iij. obiciꝫ diuersoꝝ agētiū actiones nō terminari ad vnū factū. intelligēdū ē ꝛ diūsis agētibꝰ nō ordinatis. si em̄ ordinata sint adinuicē oꝝ eoꝝ ee vnū effectū nā cā agens ꝑma agit in effectū cause secūde agētis. vehemētius q̄ etiā ipsa cā secūda. vñ videmꝰ q̄ effectus q̄ p instrumētū agiꝫ a ꝓncipali agēte magis ꝓprie attribuiꝫ ꝓncipali agēti q̄ instrumēto. ↄtingit aūt q̄qꝫ q̄ actio ꝓncipalis agētis ptingit ad aliq̄d in operato ad qđ nō ptingit actio instrumēti sicꝫ vis vegetatiua ad spēm carnis ꝑducit ad quā nō pt ꝑducere calor ignis q̄ ē eius instrumētū. licꝫ opeꝫ dispōnēdo ad eā resoluēdo ⁊ ↄsumēdo. cū igiꝫ oīs ꝗtes nature actiue ↄpeꝫ ad deū sic instrumētū ad ꝑmū ⁊ ꝓncipale agēs. nihil phibet in vno ⁊ eodē generato qđ ē hō actionē nature ad aliq̄d hoīs terminari. ⁊ nō ad totū qđ fit actione dei. corpus igiꝫ hoīs formaꝫ siℓ ⁊ virtute dei q̄si ꝓncipalis agētis ⁊ ꝑmi. ⁊ etiā ꝗtute seminis q̄si agētis secūdi. sꝫ actio dei ꝑducit aīam hūanā quā ꝗtus semīs ꝑducere nō pt. sꝫ dispōnit ad eā.
¶ Cū pz solutio ad .iij. Sic em̄ hō sibi sile in specie 4
generat inq̄ꝫtum ꝗtus semīs eꝰ dispositiue opaꝫ ad vltimā formā ex q̄ hō spēm sortiꝫ. Deū vero adulteris cooperari in actōne nature nihil ē inconueniens. nō 5
em̄ natura adulteroꝝ mala est sꝫ volūtas. actio āt q̄ est ex virtute semīs ipsoꝝ ē naturalis nō voluntaria. vñ nō est inconueniēs si deus illi opatōni cooꝑaꝫ vltimā pfectōem inducēdo. ¶ Qđ vero .vi. obiciꝫ pz q̄ nō ꝛ necitate ↄcludit. ⁊si em̄ ꝛ q̄ corpus hoīs for- 6
meꝫ ꝑius q̄ aīa creeꝫ aut ecōuerso. nō seq̄ꝫ q̄ idem hō sit ꝑ seipso. nō em̄ hō est suū corpus neqꝫ sua aīma sequiꝫ āt q̄ aliq̄ ps eius sit altera ꝑ. qđ nō est inconueniēs. nā materia tpe est ꝑior forma. materiā dico fm q̄ est in poña ad formā. nō fm q̄ actu ē p formā pfecta. sicꝫ em̄ ē siℓ cū forma. corpꝰ igiꝫ hūanū fm q̄ ē in poña ad aīam. vtpote cū nōdū hꝫ aīam ē ꝑius tpe q̄ aīa. tūc āt nō est hūanū actu sꝫ poña tm̄. cū vero ē hūanū actu q̄si p aīmā hūanā pfectū nō ē ꝑius neq posterius aīa. sꝫ simul cū ea. Neqꝫ etiā seq̄ꝫ si aīma 7
ex ꝗtute semīs nō ꝑduciꝫ. sꝫ solū corpꝰ q̄ sit ꝑfecta opatio tā dei q̄ nature. vt. vij. rō. ꝓcedebat. ꝗtute em̄ dei vtrūq̄ fit ⁊ corpus ⁊ aīa. licꝫ formatio corpis sit ab eo mediāte ꝗtute semīs naturali. aīam āt imediate ꝑducat. neqꝫ etiā seq̄ꝫ q̄ actio ꝗtute semīs sit imꝑfecta. cū ꝑficiat hꝫ ad qđ ē. ¶ Sciēdū etiā in semīe ꝗtute ↄtineri oīa illa q̄ ꝗtutē corporeā nō excedūt. sicꝫ sensū culmꝰ internodia ⁊ siℓia. ex q̄ ↄcludi nō pt q̄ id 8
hoīs qđ totā ꝗtutē corporeā excedit in semīe ꝗtute cōtineaꝫ. vt. viij. rō. ↄcludebat. ¶ Qđ āt opatōes aīe videāt ꝑficere in ꝓcessu gñatōis hūane sicut ꝑficiunt corpis ptes nō ondit aīam hūanā ⁊ corpus idē ꝓncipiū habere. sicut nona rō. ꝓcedebat. sꝫ ondit q̄ dispo 9
sitio ptiū corpis ē necessaria ad aīe opationē ¶ Qđ
em̄ .x. obiciꝫ corpus aīe cōfigurari ⁊ ob hꝰ aīam sibi 10
corpus siℓe ꝑparare. partī qđē ē verꝫ. ptī āt falsum. si em̄ ītelligaꝫ de aīa gñantis ē verꝫ qđ dr. falsuꝫ autez si intelligatur de anima generati. non enim virtute anime generati formatur corpus q̄tum ad primas ⁊ ꝑcipuas partes. sed virtute anime generātis vt supra

pbatum est. similr etiam oīnis materia siue formę cō
figurat. non tamē hec figuratio fit ex actōne genera/
ti. sed ex actione formę generātis ¶ Qō āt vndecimo
obijcit de seminis vita in pncipio cōceptionis. pz q̄dē
ex dictis nō ē viuū nisi in poña. vñ tunc aīam actu
nō hz sed virtute. in processu aūt gnationis hz ani/
mā vegetabilē t sensibilem ex virtute seminis q̄ non
manēt. sz transeūt aīa rōnali succedēte. Neq; etiaz si
formatō corpis aīam humanā pcedit. sequit q aīma
sit ppter corpus. vt duodecima rō inferebat. est eīm
aliq̄d ppter alterz dupliciter. Uno modo ppter eī operationē siue pseruationē. vel quicq̄d hmōi ē qō sequi
tur ad eē. t hmōi sunt posteriora. eo ppter qō sunt si
cut vestimēta sunt ppter hoīem t instrumēta ppter
artificē. Allio mō est aliq̄d ppter alterz. i. ppter eē eī
t sic quod est propter alterum ē prius tempore. t na
tura posterius. hoc aūt modo corpus est ppter ani/
mā. sicut etiā oīnis materia ppter formā. secus autē
cēt si ex aīa t corpe nō fieret vnū sm ee. sicut dicūt q̄
ponūt aīam nō esse corpis formā

¶ Qz nulli alij corpi nisi humano vnit substātia itel
lectualis vel forma pc

Distictō bi mēbris

Ista p° p³

QVia vero ostensuz est substantiā aliquā intellectualē vniri
corpori vt formā. s. aīam humanā. inquirendū restat vtz alicui alteri corpi aliqua substantia
intellectualis vt forma vnīat. t quidē de corporibus
celestibus q̄ sint aīata aīa intellectuali supius est ostē/
sum quid de hꝝ Aresto. senserit. t q̄ Aug. hoc sub du
bio dereliqt. vñ ptēs inq̄sitio circa corpa elementa/
ria versari dz. Qz aūt nulli corpi elemētari substan
tia intellectual' vnīat vt forma. nisi humano. euiden
ter apparet. Si eīm alteri corpi vnīat. aut vnit corpi
mixto. aut simplici. nō aūt pt vniri corpi mixto. quia
oporteret illud corpus maxime eē equal' cōplexionis
sm suū genus inter cetera corpa mixta. cū videam⁹
corpa mixta tāto nobiliores formas habere q̄nto ma
gis ad tēperamētū cōmixtionis puenīūt. t sic qō ha
bet formā nobilissimā vtpote substam itellectualē si sit
corpus mixtū. oz eē tēperatissimū. vñ etiā videm⁹ q
mollicies carnis t bonitas tactus q̄ equalitatē cople
xionis demōstrāt sunt signa boni itellectus. cōplexio
aūt maxime eqlis ē coplexio corpis hūani. oz igit si
substa itellectual' vnīat alicui corpi mixto q illud sit
eiusdē nature cū corpe hūano. forma etiā ei⁹ cēt eius/
dē nature cū aīa hūana si cēt substa itellectual'. nō igit
cēt dīna sm spēm inter illud aīal t hoīem. Silr aūt
neq; corpi simplici puta aeri aut aq̄ aut igni aut ter
re vniri pt substa itellectual' vt forma. vnūq̄dq; eīm ho
rū corpoz ē silr in toto t ptib⁹. eiusdem eīm nature t
spēi ē ps aeris t totus aer et eīm eūdē motū hz. t silr
de alijs. silib⁹ aūt motoribus silēs formę relent. si igitur
aliq̄ ps alicui⁹ dictoz corpoz sit aīata aīa itellectuali
puta aeris. totus aer t oēs ptes ei⁹ eadē rōe erūt aīa/
ta. hꝝ aūt manifeste apparet eē falsuz. nā nulla opatio
vite apparz in ptib⁹ aeris vel alioz simpliciū corpo
rū. nō igit alicui pti aeris vl' silī corpoz substa itelle
ctualis vnit vt forma. ¶ Adhuc. si alicui simpliciuz 2
corpoz vnit aliq̄ substa itellectual' vt forma. aut hab/
bit intellectū tm. aut habebit alias poñas. vtpote q̄
ptinēt ad ptē sensitiuā aut nutritiuā. sicz est in homie
si aūt hz intellectū tm. frustra vnit corpi. oīnis eīm for
ma corpis hz aliquā ppriā opationē p corpus. intel
lectus aūt nō hz aliquā opationē ad corpus ptinētez
nisi sm q̄ monet corp⁹. intelligere eīm ipm nō ē opa/
tio q̄ p organū corpis exerceat. t eadē rōne nec velle
Elemētoz etiā mot⁹ sūt a mouētib⁹ naturalib⁹. s. a ge
nerātib⁹ t nō mouēt seipa. vñ nō oz q̄ ppter eoz mo
tū sint aīata. si aūt hz substa itellectual' q̄ ponit vniri
elemēto aut pti ei⁹ alias aīe ptes cū ptes ille sint p/
tes aliq̄z organoz oportebit in corpe elemēti īueni
re diuersitatē organoz. qō repugnat simplicitati ip/
sius. non igit substa intellectual' pt vniri vt forma ali
cui elemēto aut pti ei⁹. ¶ Amplius. quāto aliquod 3
corpus ē ppinq̄us materie pme. tāto ē ignobili⁹. vt
pote magis in poña exīs t minus in actu cōplexo.
elemēta aūt ipsa sunt ppinq̄ora materie pme q̄z cor/
pora mixta cū t ipsa sint mixtoz corpoz materia p/
xima. hz igit elementoz corpa ignobiliora sm suam
speciē corpib⁹ mixtis. cum igit nobilioris corpis sit
nobilior forma. impossibile est q nobilissima forma
que est aīa intellectiua sit vnita corpib⁹ elementorū.
¶ Itē. si corpa elemētoz aut aliq̄ ptes eoz ēnt aīata 4
nobilissimis aīab⁹ q̄ sūt aīe intellectiue oporteret q
quāto aliq̄ corpa essent vicīniora elemētis essent pro
pinq̄ora ad vitā. hꝝ aūt nō apparet. sz magis ꝯriū. nā
plāte minus habent de vita q̄z aīalia. cum tū sint pro
pinq̄iores terre. t mineralia q̄ sūt adhuc ppinquiora
nihil habēt de vita. nō igit substātia intellectual' vnit
alicui elemēto vel pti eius vt forma. ¶ Adhuc. omni 5
um mouētiū corruptibiliū vita per excellētiā ꝯrieta/
tis corrūpit. nā aīalia t plāte mortificāt ab excellenti
calido t frigido. humido aut sicco. in corpib⁹ aūt ele
mētoz sūt pcipue excellentie harum contrarietatū. nō
igit est possibile q in eis sit vita. impossibile est igit
q subā intellectiua vnīat eis vt forma. ¶ Amplius. 6
elemēta t si sm totum sint incorruptibilia. tamē sin
gule partes sūt corruptibiles. vtpote ꝯrietatem habē
tes. si igit alique partes elemētoz habeāt sibi vnitas
subas cognoscētes. maxime videt q assignet eis vis
discretiua corrūptiū. q̄ quidē est sensus tactus q̄ est
discretiu⁹ calidi t frigidi t silīū ꝯrietatū. ppt qō etiā
quasi necarius ad pseruationē a corruptione oīnib⁹
aīalib⁹ inest. hūc aūt sensum impossibl' e ē inesse corpi sim
plici cū oporteat organū tactus nō habere actu ꝯrie
tates. sz poña qō ptingit solum in mixtis tempera/

tis. nō igitur ē possibile aliquas partes elementorū esse aiatas aīa cognoscitiua. ¶ Item. oīe corpus viuens aliquo modo fm aīam localr mouet. nam corpora celestia si tamē sint aiata mouētur circulariter. aialia perfecta motu pgressiuo. ostrea āt motu dilatationis z ꝯstrictionis. plāte āt motu augmenti z decremēti qui sunt aliq̄ mō fm locū. sed in elemētis nō apparet aliquis mot⁹ q̄ sit ab aīa. ꝯz solū mot⁹ naturalis. nō sunt igit corpa viuētia. Si āt dicat q̄ substātia ītellectualis z̄si nō vniat corpi elemēti aut pti eius vt forma. vnit tamē ei vt motor. Primo quidē in aere ḡ dici impossibile ē. cū em̄ pars aeris nō sit p seipam terminabilis nē potest aliq̄ pars eius determinata motū ppriū habere ppter quē sibi substātia intellectualis vniat. ¶ Preterea. si aliq̄ substātia ītellectualis vnit alicui corpi naturalr sicut motor proprio mobili. oz virtutē motiuā illius substātie limitari ad corpus mobile cui naturalr vnit. nā cuiuslibet motoris ppriꝰ virtus nō excedit in mouēdo proprium mobile. ridiculū aūt videt dicere q̄ virtus alicuius subste intellectualis nō excedat in mouendo aliquā determinatā ptem alicui⁹ elemēti. aut aliqd̄ corpus mixtū. nō videt igit dicēdū q̄ aliq̄ substātia intellectualis vniat alicui corpi elemētari naturalr vt motor. nisi sibi etiā vniat vt forma. ¶ Itē. mot⁹ corporis elemētaris pt ex alijs ꝓncipijs causari q̄z ex substātia intellectuali. superfluū igit ēet ppter hmōi motus naturalr substātias ītellectuales corpib⁹ elemēta ribꝰ vniri. Per hoc āt excludit error opinio Apuleī z quorūdā platonicoꝝ q̄ dixerūt demonia ee aīalia corpe aerea. mēte rōnabilia. aīmo passiua. tpe eterna. z quorūdā gētiliū ponētiū elemēta ee aiata. vñ z eis cultū diuinū instituebāt. Excludit etiaz opinio dicētiū āgelos z demones habere corpa naturalr sibi vnita de natura superioꝝ vel inferioꝝ elemētoꝝ.

Euasio Repr obiat triplr.

7

1.

2

3.

Error q̄rundā excludit

¶ Q̄ sunt alique substantie intellectuales corpib⁹ non vnite xci.

Ista 2° pr 1.

Ex premissis aūt ostē di pt ee aliq̄s substas intellectuales corpib⁹ penitus nō vnitas. Oīm ē em̄ sup corporibꝰ corruptis intellectus substam q̄si ppetuā remanere. z siquidē substātia ītellectus q̄ remanet sit vna oīm. sicut quidā dicūt. de necitate ꝓsequit eā esse fm suū ee a corpe sepatam. z sic habet ꝓpositū q̄ substantia ītellectualis aliq̄ sine corpe subsistat. si āt plures aīe intellectiue remaneāt corpib⁹ destructis. ꝓueniet aliq̄bꝰ substātijs ītellectualib⁹ absq̄ corpe subsistere pīertim cū oīm sit q̄ aīe nō trāseāt de corpe ad corpus. ꝓuenit āt aīabꝰ ee a corpib⁹ sepatas p accīs cū naturalr sint forme corpoꝝ. eo āt qd̄ ē p accīs oz prius ee id qd̄ ē p se. sunt igit aliq̄ sube ītellectuales aīabus fm naturā ꝓpes q̄bꝰ p se ineſt sine corpib⁹ subsistere. ¶ Amplius. oīe qd̄ ē de rone gīis oz de rone spēi ee. sunt aūt qdā q̄ sunt de rone spēi. nō aūt de rone generis. sicut rōnale est de rone homis. nō āt de ratione animalis. q̄quid aūt ē de rone speciei. nō aūt de ratione gīis. nō est necce oīibꝰ speciebꝰ gīis inee. multe em̄ spēs sunt irrationaliū aialium. substātie aūt intellectuali fm suū genus ꝓuenit q̄ sit p se subsistens cū habeat p se operationē sicut supius ē oīsum. de ratone āt rei p se subsistētis nō est q̄ alteri vniat. nō ē igitur de rone substātie ītellectualis fm suū genus q̄ sit corpi vnita. z si sit ḡ de rone alicuius ītellectualis substantie que est aīa. sunt igit aliq̄ substātie intellectuales corpib⁹ nō vnite. ¶ Adhuc. natura superior in suo infimo cōtingit naturā inferiorē in eius supmo. natura āt intellectualis est superior corpali. ꝓtingit autez eam fm aliquā partē sui que ē aīa intellectiua. oportz igit q̄ sicut corpus pfectū p aīam intellectiuā est supmū in gne corpoꝝ. ita aīa intellectiua q̄ vnit corpori sit īfima in gne substātiaꝝ intellectualiuz. sunt igit alique substātie ītellectuales nō vnite corpib⁹ superiores fm nature ordinē aīa. ¶ Itē. si est aliquid ipfectū in aliquo gne inuenit ante illud fm nature ordinem aliquid in gne illo pfectū. pfectū em̄ natura prius ē impfecto. forme aūt que sunt in materijs sunt actus impfecti. qr nō habet esse cōpletum. sunt igit aliq̄ forme q̄ sunt actus cōpleti p se subsistētes z spēm cōpletam habētes. oīis aūt forma p se subsistēs absq̄ materia ē substātia intellectual. immunitas aūt materie cōfert ee intelligibile. vt ex pmissis pz. sunt ergo aliq̄ substātie ītellectuales corpib⁹ nō vnite. oīe āt corpus materiā habet. ¶ Amplius substantia potest esse sine q̄titate. licz q̄titas sine substātia ee nō possit. suba em̄ alioꝝ genez ꝓma ē tpe rone z cognitione sed nulla substātia corporea ē sine q̄titate. pīt igitur q̄dam ee in gne substātie oīino absq̄ corpe. oēs āt nature possibiles in rez ordine inueniūt. alr em̄ esset vniuersuz impfectū. in sempiternis etiā nō differt ee z posse. sunt igit aliq̄ substantie absq̄ corpib⁹ subsistētes post primā substātiā q̄ deus est. q̄ nō est in gne vt supra oīsum ē. z supra aīam q̄ est corpi vnita

¶ Adhuc. si ex aliquibꝰ duobꝰ inuenit aliqd̄ cōposītū z alteꝝ eoꝝ inuenit p se qd̄ ē minus pfectū. z alterū qd̄ ē maius pfectū. z minus relinq̄ indigēs p se inuenit. inuenit āt aliq̄ substātia ꝓposita ex substantia intellectuali. z corpe. ut ex pmissis pz. corpus āt inuenit p se. sicut pz in oīibꝰ corpib⁹ inaīatis. multo igitur fortiꝰ inueniūt sube ītellectuales corpib⁹ nō vnite. ¶ Itē subam rei oz ee ppoꝛtionatā sue operationi. qr operatio ē actus z bonū sube operantis. ꝯz itelligere ē ppria operatio substātie ītellectualis. oz igit substātiā intellectualē talē esse q̄ ꝓtetat pdicte operationi. intelligere āt cū sit operatio p organū corporeū nō exercita nō indiget corpe nisi inq̄ntum itelligibilia sumūt a sensibilibꝰ. ḡ autem est imperfectus modus intelli

2

4

5

6

7

gendi. pfectus eñ modus itelligendi est vt intelligā tur ea q̄ sunt fm naturā suā intelligibilia. Qz āt nō intelligāt nisi ea q̄ sunt fm se intelligibilia. sz fiūt intelligibilia p itellectum. ē impfectus modus intelligēdi. si igit āte oñe impfectū oz ee pfectum aliquid in gñe illo oz q̄ āte aias humanas que itelligūt accipiendo a phātasmatibꝫ sunt alique itellectuales substātie itelligētes ea q̄ sunt fm se itelligibilia. nō accipiētes cognitōnē a sensibilibꝫ. ac p hoc oñino a corporibꝫ fm suā naturā sepate. ¶ Preterea. Aresᵗ. argumētat sic in. xi. meta. Motū ꝓtinuū regulare ⁊ q̄tū in se ē indeficiente oz ee a motore q̄ nō mouet neq; p se neq; p accñs. vt supꝫ est pbatū. plures etiā motus oz ee a pluribꝫ motoribꝫ. motus āt celi ē ꝓtinuus regularis ⁊ q̄tū in se ē indeficiēs ē. ⁊ pter pmū motuꝫ sunt multi tales motus in celo. sicut p ꝓsideratōnes astrologoꝝ pbat. oz igit ee plures motores q̄ nō moueant neq; p se neq; p accñs. nullū āt corpus mouet nisi motū. vt pbatū ē. motor āt incorporeᵘ vnitᵘ corpori mouet p accñs ad motū corpis. sicut ptz de aīa. oz igit ee plures motores q̄ neq; sint corpa neq; corporibꝫ vniti. motus āt celestes sunt ab aliq̄ intellectu vt supra pbatū ē. sunt igit plures subste itellectuales corpibꝫ nō vnite. His āt ꝓcordat sñia Diony. iiij. ca. de diui. no. dicētis de angelis q̄ sicut immateriales ⁊ incorporei itelligunt. Per hꝫ āt excludit error saducee oz q̄ dicebāt spm nō ee. ⁊ positio ātiquoꝝ naturaliū qui dicebāt oēm substātiā corpoream ee. positio etiam Origenis q̄ dixit q̄ nulla substātia post trinitatē diuinā absq; corpe pt subsistere. ⁊ oim alioꝝ ponētium omes āgelos bonos ⁊ malos habere corpa naturaliter sibi vnita.

Error excludit

¶ De multitudine subaꝝ sepataꝝ pcij

Opio Arꝛ.

Sciendum est autem q̄ Aresᵗ. pbare nitit nō solū ee aliq̄s substātias itellectuales absq; corpe. sz etiā q̄ sunt eiusdē numeri cuius sunt motᵘ ꝛephensi in celo. neq; plures neq; pauciores. pbat eñ q̄ nō sunt aliq̄ motus in celo q̄ a nobis ꝛephendi nō pñt p hꝫ q̄ ois motus q̄ ē in celo ē ꝓpter motū alicuius stelle q̄ sensibilis ē. oꝛtes eñ ꝛferūt stellas. motus āt ꝛferētis ē ꝓpter modū ꝛlati. ¶ Itē pbat q̄ nō sunt aliq̄ substantie sepate a q̄bꝫ nō pueniāt aliq̄ motus in celo. q̄ cū motus celestes ordinēt ab subas sepatas sicut ad fines. si eēnt alie sube sepate q̄ille q̄s nūerat eēnt aliq̄ motus in eas ordinati sicut in fines. alr eēnt motᵘ ifecti. vñ ex hꝫ ꝛcludit q̄ nō sunt plures sube sepate q̄ motᵘ ꝛephesi ⁊ q̄ pñt ꝛephēdi in celo pserim cū nō sint plura corpa celestia eiusdē spēi. vt sic etiā possint ee plures motᵘ nobis incogniti. ¶ Hec āt pbatō nō hꝫ necessitatē. in his eñ q̄ sunt ad finē sumit necessitas ex fine. sicut ipsemet docet in. ij. phyſicoꝝ. non āt ecōuerso. vñ si motus celestes ordināt in substantias sepatas sicut in fines. vt ipsemet dt nō pt ꝛcludi necessario numerus substātiaꝝ pdictaꝝ ex nūero motuum. ¶ Potest eñ dici q̄ sunt aliq̄ sube sepate altioris nature q̄ ille q̄ sunt pximi fines motū celestiū. sicꝫ instrumēta artificialia sunt ppter hoies q̄ p ea operātur. ⁊ nihil phibet ee alios hoies q̄ p instrumēta huiusmodi nō opant immediate. sz imperāt operātibꝫ. et iō ipe Aresᵗ. hāc rōem nō inducit q̄si necessariā. sz tanq̄ pbabilē. dt eñ. Quas substātias ⁊ pncipia imobilia rōnabile ē tot estimare. necariū āt dimittat fortioribꝫ dicere. ¶ Restat igit ostendēdū q̄ sunt multo plures sube itellectuales a corpibꝫ sepate q̄ sint motᵘ celestes. substātie eñ itellectuales fm suū genus trālcē dunt oēm naturā corporeā. oz igit accipe gradus in predictis substātijs fm elevationē eaꝝ sup corporeaꝝ naturā. sunt āt q̄dā itellectuales substātie elevate supra corporeā substantiā fm sui gñis naturā tm. q̄ tm corpibꝫ vnitē vt forme. vt ex pmissis pz. ⁊ qr ee substātiaꝝ itellectualiū fm suū genus nulla a corpe dependentiā hꝫ. vt supra pbatū ē. inuenit altior gradus dictaꝝ subaꝝ q̄ nō vnit corpibꝫ vt forme. sz tm pprij motores aliq̄ꝝ corporꝫ determiatorꝫ. sil̄r āt natura substātie itellectual nō dependet a mouēdo. cū mouere sit ꝓpr ad pncipalē eorꝫ operationē q̄ ē intelligere. erit igit ⁊ aliq̄s gradᵘ altior subaꝝ itellectualiū. q̄ nō sz pprij motores aliq̄ꝝ corporꝫ. sz superiores motoribꝫ. ¶ Amplius. sicut agēs p naturā agit p suā formā naturalē. ita agēs p itellectū agit p formā itellectᵘ. vt pz in his q̄ agūt p artē. sicut igit agēs p naturā ē proportionatū patiēti rōne sue forme naturalis. ita agens p itellectū ē ꝓportionatū patiēti ⁊ facto p formā itellectus. vt. s. hmōi sit forma itellectꝰ q̄ possit ēduci p actōem agētis i materiā recipiētē. oz igit ꝑpos motores orbiū q̄ p itellectū mouēt si i hꝫ opinionē Arꝛ. sustinere volumus tales itelligētias habere q̄les sensibiles p motᵘ orbiū ⁊ pducibiles i rebꝫ materialibꝫ sz supꝫ hmōi ꝓceptōes itelligibiles ē accipe aliq̄s vltiores. itellectᵘ eñ vltius apphēdit formas rerꝫ q̄s sit ē eaꝝ in rebꝫ. vñ videmᵘ q̄ vltior ē forma itellectᵘ speculatiui q̄ practici. ⁊ iter artes practicas vltior ē ꝓceptō artis iperātis q̄ exequētis. oz āt subaꝝ itellectualiū gradᵘ accipe fm gradū itellectualis opatiōis q̄ ē eis ꝓpria. sunt igit aliq̄ sube itellectuales supꝫ illas q̄s sūt pprij ⁊ pximi motores determiatorꝫ orbium. ¶ Ad huc. ordo vniuersi exigere videt vt id qd̄ ē in rebꝫ nobilius excedat q̄titate vel nūero ignobiliora. ignobiliora eñ videt ee ꝓpter nobiliora. vñ oz q̄ nobiliora q̄si ꝓpter se existētia multiplicēt q̄tū possibile ē ⁊ iō videmus q̄ corpa incorruptibilia. s. celestia in tm excedūt corpalia. s. elemētaria. vt q̄si hec nō habeant notabilē q̄titatē in cōpatione ad illa. sicut autē celestia corpora digniora sunt elemētaribꝫ. et incorruptibilia corruptibilibus. ita substantie intellectuales

Ratio eius solui.

Veritas oñ. s. rōis

Reprobat opio phi

Idē p. q. 50. ar. 3

oīm̄ib⁹ corp̄ib⁹ vt īmobile ⁊ īmateriale mobili ⁊ materiali. excedūt igit̄ in nūero itellectuales subē sepate oīm rez materialiū multitudinē. nō igit̄ ꝓphēdunt̄ numero celestiū motuū ¶ Itē. spēs rez materialium nō multiplicāt̄ ꝑ materiā sed ꝑ formā. forme āt q̄ st̄ extra materiā hnt eē ꝛpletius ⁊ vīus q̄z forme q̄ st̄ in materia. nā forme in materia recipiūt̄ fm materie capacitatē. nō vident̄ igit̄ eē minoris multitudinis forme q̄ sunt extra materiā q̄s dicim⁹ subas sepatas q̄z sunt spēs materialiū rez. Nō āt ꝓpter h̄ dicimus q̄ subē sepate sint spēs ist̄oz sensibiliū sicut platonici senserūt. cū eīm nō possint ad p̄dictaz subaz noticiam puenire nisi ex sensibilib⁹. ap̄posuerūt istas substātias eē eiusdē spēi cū istis vel magis spēs ist̄az. sicut si aliq̄s nō videret solē ⁊ lunā ⁊ alia astra ⁊ audiret eē quedā corp̄a īcorruptibilia nomīaret ea noīb⁹ ist̄oz corp̄oz corruptibiliū extimās ea eē eiusdē spēi cū istis. qđ nō eēt possibile. Silr āt ipossibile est subas īmateriales eē eiusdē spēi cum materialib⁹ vel spēs ip̄az cū materia sit dē rōne spēi hoz sensibilium licz nō hec materia q̄ ē ꝓpriū ꝓncipiū indiuidui. siclz dē rōne spēi hoīs sunt carnes ⁊ ossa. nō āt he carnes ⁊ hec ossa q̄ sunt principia sortis ⁊ platonis. Sic igit̄ nō dicim⁹ subas sepatas eē spēs ist̄oz sensibiliū. sed esse alias spēs nobiliores istis. q̄to puz ē nobili⁹ permixto. ⁊ tūc illas subas eē plures oz istis spēb⁹ rerū materialiū. ¶ Adhuc. magis est aliq̄d multiplicabile fm suū eē intelligibile q̄z fm suū eē materiale. multa eīm intellectu capim⁹ q̄ in materia eē non p̄nt. ex q̄ cōtingit q⁹ cuilibet recte linee finite p̄t mathematice fieri additō. nō āt naturalr. raritas etiā corp̄oz velocitas motuū ⁊ diuersitas figuraz in ꝛinituz augeri cōphēdit̄ fm intellectū. q̄uis sit ipossibile in natura sic eē. subē āt sepate sunt in esse itelligibili fm suā naturā. maioz igit̄ multiplicitas in eis ē possibilis q̄z in rebꝫ materialib⁹ fm ꝓprietatē ⁊ rōem p̄nsatam gn̄is vtriusq̄z. in perpetuis āt nō differt esse ⁊ posse. excedit igit̄ multitudo subaz sepataz multitudinē materialiū corp̄oz. ¶ Dis āt attestat̄ sacra scriptura. dr eīm Dani. vij. Milia miliū mini. ei ⁊ decī. cēte. mi. assist. ei. ⁊ Diony. xiij. ca. cel. hierar. dt q⁹ nūerus illaz subaꝝ excedit oēm materialē multitudinē. Per hoc āt excludit̄ error dicentiū subas sepatas fm numez motuū celestiū aut fm nūez sphеraz celestiuz eē. ⁊ error Rabimoysi q̄ dixit nūez āgeloz q̄ in scriptura ponitur nō esse nūez sepataz substātiaz. sed virtutum in istis inferioribꝫ. sicut si vis ꝛcupiscibilis dicat̄ spūs cōcupiscentie. ⁊ sic de alijs.

Error excluditur

Idē p⁹ q. q. 10. ar. 4. Idē i. 2. dis. 3. ar. 4. Idē in. q. de spiri. creatu ris. q. 8 Ista 2° p². j.

¶ Dis in substātijs separatis non sunt multe vnius speciei xciij.

Ex his autē q̄ de istis substātijs p̄missa sunt oīdi p̄t q⁹ non sunt plures subē sepate vnius spēi. Dīsum eīm supra q⁹ subē sepate sunt q̄dā q̄dditates subsistentes. spēs āt rei ē quā signat̄ dfinitio q̄ ē signū q̄ddditatis rei. vñ q̄dditates subsistentes sunt spēs subsistentes. plures q̄ subē sepate esse nō possunt nisi sint plures species. ¶ Adhuc. q̄cūq̄z sunt idē specie. dr̄na aūt nūero hnt materiā. dr̄na āt q̄ ex forma ꝓcedit induc it diuersitatē spēi. q̄ āt ex materia inducit diuersitatem fm nūez. subē āt sepate nō hnt oīno materiā. neq̄z q̄ sit pars eaz neq̄z cui vniāt̄ vt forme. impossibile ē igit̄ q⁹ sint plures vnius spēi. ¶ Amplius. adhuc sunt plura idiuidua in vna specie in reb⁹ corruptibilib⁹ vt natura spēi. q̄ nō p̄t ꝓpetue conseruari in vno idiuiduo ꝓseruet̄ in pluribꝫ. vñ etiaz in corp̄ib⁹ incorruptibilib⁹ nō est nisi vnū idiuiduū in vna specie. subē āt sepate natura p̄t ꝓseruari in vno indiuiduo eo q⁹ sunt icorruptibiles. vt supꝫ oīsum ē. nō igit̄ oz esse plura indiuidua in illis substātijs eiusdez spēi ¶ Itē. id qđ est spēi in vnoq̄q̄z dignius ē eo qđ ē indiuiduatōnis ꝓncipiū p̄ter rōem spēi exīs. multiplicatio igit̄ specieꝫ plus addit nobilitatis ⁊ pfectōnis vniuerso q̄z multiplicatō indiuiduoz in vna specie. pfectio āt vniuersi maxie ꝛsistit i substātijs sepatis. magis igit̄ ꝛpetit ad pfectionē vniūsi q⁹ sint plures fm spēm diuerse q̄z q⁹ sint multe fm numez i eadē specie. ¶ Preterea. subē sepate sunt pfectiores q̄z corp̄a celestia. sz in corp̄ib⁹ celestib⁹ ꝓpter eoz pfectōnem nō inuenit̄ nisi vnū indiuiduū vnius spēi. tum qz vnūq̄dq̄z eoz ꝛstat ex tota materia sue spēi. tū qa in vno idiuiduo est pfecte ꝙtus spēi ad ꝛplendū illud in vniuerso ad qđ sua spēs ordinat̄. sicut ꝑcipue p̄z in solez luna. multo igit̄ magis in substātijs sepatis nō inuenit̄ nisi vnū idiuiduū in vna specie.

Idē 2° sēp. dis. 3. ar. 6 Ista 2° p̄. j.

1

2

3

4

5

¶ Dꝫ subа sepata ⁊ aīa nō sunt vnius spēi. xciij

Ex his āt ulteri⁹ ostēditur q⁹ aīa nō est eiusdē spēi cū substātijs sepatis. maioz eīm ē dr̄na aīe humane a subа sepata q̄z vnius subē sepate ab alia. sz substātie sepate oīes adinuicē specie differūt. vt oīsiz est multo igit̄ magis subа sepata ab aīa ¶ Ampli⁹. vna quez res hz ꝓpriū eē fm rōem sue spēi. q̄z eīm est diuersa rō essendi hoz est diuersa spēs. esse āt aīme hūane ⁊ subē sepate nō est vnius rōnis. nā in esse substātie sepate nō p̄t cōicare corpus. sicut p̄t cōicare in esse aīe humane q̄ fm eē vnit̄ corp̄i vt forma materie. aīa igit̄ humana differt specie a substātijs sepatis. ¶ Adhuc. qđ hz fm seipm spēm nō p̄t eē eiusdē spēi cū eo qđ nō hz fm se spēm. sz ē ps spēi. subа āt sepata hz p seipam spēm. aīa āt nō. sz est ps spēi humane. ipossibile est igit̄ q⁹ aīa sit eiusdē spēi cū substātijs sepatis. nisi forte hō esset eiusdē spēi cū illis. qđ pz eē ipossibile. ¶ Preterea. ex ꝓpria opatione rei ꝑcipit̄ spēs ei⁹. opatio eīm dēmōstrat virtutē q̄ indicat ēntiā. ꝓpria

1

2

3

4

aũt opatio sube sepate ⁊ aie intellectiue ẽ itelligere ẽ aut oino ali⁹ mod⁹ itelligẽdi sube sepate ⁊ aie. naz aĩa itelligit a fantasmatibꝫ accipiẽdo. nõ ãt suba sepata cũ nõ habeat orgãa corporea in qbꝫ oz ẽ fantasmata. nõ sunt igit aĩa humana ⁊ substãtia separata vnius speciei

¶Quo accipiat gen⁹ ⁊ spẽs ĩ sbstãtijs sepatꝫ lxxxv

Jõ p. q. 50. a. 2. ad p

OPortet aũt cõsiderare fm qd diuersificat spẽs in substãtijs separatis Jn rebꝫ eĩ materialibꝫ q sunt diuersaz spẽz vni⁹ gẽis exites. rõ gẽis ex pncipio materiali sumit dr̃a spẽi a pncipio formali. natura eĩ sensitiua ex q sumit rõ aial ẽ materiale in hoĩe respectu nature itellectiue ex q sumit dr̃a specifica hõis. scz rõnale. si igit sube sepate nõ sꝫ ex materia ⁊ forma ꝯposite. vt ex pmissis pz nõ apparet fm qd ĩ eis gen⁹ ⁊ dr̃a specifica accipi possit. scire igit oz q diuerse rez spẽs gradatim naturam entis possidet. statim eĩ in pma entis diuisione inuenit. hꝫ qdẽ pfectũ scz ens p se ⁊ eis actu. aliud ẽ imperfectum. s. ens in alio ⁊ ens in potẽtia. ⁊ eodẽ mõ discurrẽti p singula apparet vnã spẽm supi aliã aliquẽ gradũ pfectionis adijcere. sicut aialia sup plãtas. ⁊ aialia pgressiua sup aialia immobilia. in coloribꝫ etiã vna spẽs alia pfectior inuenit fm q ẽ alleduini ppinq̃or. ppter qd Aresto. in. viij. metaphi. dt q distinctões rez sꝫ sicut nũeri in q̃ vnitas subtracta vel addita spẽm numeri variat. p quẽ modũ in dfinitõibꝫ si vna dr̃a subtrahat vel addat diuersa spẽs inuenit. rõ igit determinate spẽi ꝯsistit in hꝫ q natura cõis in determinato gradu entis collocat ⁊ qz in rebꝫ ex materia ⁊ forma cõpositis forma ẽ q̃si termin⁹. id ãt qd terminat p eã ẽ materia vel materiale. oz q rõ gẽis sumat ex materiali. dr̃a ẽ specifica ex formali. ⁊ iõ ex dr̃a ⁊ genere fit vnũ sicut ex materia ⁊ forma. ⁊ sicut vna ⁊ eadẽ ẽ natura q̃ ex materia ⁊ forma ꝯsistit. ita dr̃a nõ addit extraneã quãdã naturã sup gen⁹ sꝫ ẽ qdã determinatio ipsi⁹ nature gẽis. vt si gen⁹ accipiat aial pdes habẽs. dr̃a ei⁹ ẽ duos pdes hns. quã qdẽ dr̃az nihil extraneũ sup gen⁹ addere manifestũ ẽ. vñ pz q accidit generi ⁊ dine q determinatio qdã qua dr̃a importat ex alio pncipio causet q̃s natura gẽis ex hꝫ q natura qua signat dfinitõ ẽ ꝯposita ex materia ⁊ forma sicut ex terminãte ⁊ terminato. si igit aliq̃ natura ẽ simplex ipa qdẽ p seipam erit termiata nec oportebit q habeat duas ptes q̃z vna sit terminãs. ⁊ alia terminata. ex ipa igit rõne nature sumet rõ gẽis. ex terminatõe ãt ei⁹ fm q ẽ in tali gradu entiũ sumet eius dr̃a specifica Ex q etiã pz q si aliq̃ natura nõ ẽ terminata sꝫ infinita in se sic supi ostensum ẽ de natura dina. nõ ẽ in ea accipe neq̃ gen⁹ neq̃ spẽm. qd ẽ ꝯsonũ hijs q supi de deo ostendim⁹ Pz etiã ex pmissis q cũ diuerse spẽs in substãtijs sepatis accipiãt fm q diuersos grad⁹ sortiũt. in vna ãt spẽ nõ sꝫ plura idiuidua q nõ sꝫ in substãtijs sepatis due eĩsles fm ordinẽ sꝫ vna naturaliter ẽ altera supior. vñ Job. xxxviij. dicit. Nũqd nosti ordinẽ celi. ⁊ Diony. dt. x. c. cele. ierar. q sic in tota angelor multitudine ẽ ierarchia suprema media ⁊ ifima. ita in q̃libet ierarchia ẽ ordo supmus medi⁹ ⁊ infim⁹ ⁊ in q̃libet ordie supmi medij ⁊ ifimi. opi⁹ origenis excludit

Per hꝫ ãt excludit Origenis positio q dixit a pncipio oĩs subas spũales eĩsles creatas fuisse. inter qs etiã aias ꝯuenerat. diuersitates ãt q in hmõi sbstãtijs inuenit q qdã ẽ vnita corpi qdã nõ vnita. ⁊ qdã altior. qdã ⁊o inferior. puenit ex dr̃a meritor. ostenditur ãt hãc dr̃am gradũ naturalẽ eĩ. ⁊ q aia nõ est eiusdẽ spẽi cũ substãtijs sepatis. nec ipe sube sepate ad inuicẽ. nec etiã fm ordinẽ nature equales

¶Qꝫ sube sepate nõ accipiũt cognitõem ex sensibilibus lxxxvi

Jõ. b. tho. j p. q. 55. ar. 2 Jsta 2ª ꝑ

EX pmissis ostẽdi pt q sube sepate nõ accipiũt itellectiuã cognitõem ex rebꝫ sensibilibꝫ. Sẽsibilia eĩ fm suã naturã nata sꝫ apphẽdi p sensũ sic intelligibilia p itellectũ. oĩs igit suba cognoscitiua ex sensibilibꝫ cognitõem accipiẽs hꝫ cognitõem sensitiuã ⁊ p ẽns hꝫ corp⁹ naturaliter vnitũ. cũ cognitio sensitiua sine organo corporeo eĩ nõ possit. sube ãt sepate nõ hnt corpora naturaliter sibi vnita. vt supern⁹ ẽ onsum. nõ igit intellectiuã cognitõem ex rebꝫ sensibilibꝫ sumũt ¶Amplio. altioris ꝛdutis oz eĩ altio⁹ obiectũ. ꝛdus ãt intellectiua sube sepate ẽ altior q̃z vis itellectiua aie hũane. cũ itellect⁹ aie hũane sit ifim⁹ in ordine itellectuũ. vt ex pmissis habet. itellect⁹ aũt hũane aie obiectũ ẽ fantasma. vt supꝫ dictũ ẽ qd ẽ supern⁹ in ordine obiectorꝫ q̃s res sensibilis extra aiam exĩs sic ex ordine ꝛdutũ cognoscitiuaꝝ apparet. obiectũ igit sube sepate non pt eĩ res exĩs extra aiam. vt ab ea imediate accipiat cognitõem. neq̃z fantasma. relinq̃t igit q obiectũ itellect⁹ sube sepate sit aliqd alt⁹ fantasmate. nihil ãt ẽ alt⁹ fantasmate in ordine obiectorꝫ cognoscibiliuꝫ nisi id qd ẽ itelligibile actu. sube igit sepate nõ accipiũt cognitõez itellectiuã a sensibilibꝫ sꝫ itelligũt ea q̃ sunt p seipa itelligibilia ¶Adhuc. fm ordinẽ intellectuũ ẽ ordo intelligibiliũ. sz ea q̃ sunt fm seipa itelligibilia sunt supiora in ordine intelligibiliũ. hꝫ q̃ nõ sꝫ itelligibilia nisi qz nos facim⁹ ea itelligibilia. huiusmodi ãt oz eĩ oĩa itelligibilia a sensibilibꝫ accepta. nã sensibilia nõ sꝫ fm se itelligibilia. hmõi aũt intelligibilia sunt q̃ intelligit itellect⁹ nr̃. intellectus igit sube sepate cũ sit supior intellectu nr̃o nõ intelligit itelligibilia a sensibilibꝫ accepta sz q̃ sꝫ fm se itelligibilia actu ¶Amplio. mod⁹ opatõis ppie alicuius rei ꝓportionatur mẽsurat mõ sube ⁊ nature ipsius. 4

suba aūt separata ē intellect⁹ p se exīs nō in corpōre
aliq̄. operatio igit̄ intellectual' ei⁹ erit intelligibiliū q̄
nō sunt fūdata in aliq̄ corpe. oīa aūt intelligibilia a
sensibilib⁹ accepta sunt in aliq̄b⁹ corpib⁹ aliqlit̄ fun
data sic̄ intelligibilia nr̄a in fantasmatib⁹ q̄ st̄z in or
ganis corporeis. suba igit̄ separate nō accipiūt cogni
5 tōem ex sensibilib⁹ ¶ Adhuc. sic̄ materia ꝑma est infi
mū in ordine rer̄ sensibiliū ⁊ p hoc̄ ē in potētia tm̄ ad
oēs formas sensibiles. ita intellect⁹ possibil' infim⁹ in
ordine intelligibiliū exīs ē in potētia ad oīa intelligi
bilia. vt ex ꝑmissis pz. st̄z ea q̄ st̄z in ordine sensibiliū
sup̄ materiā ꝑmā hnt in actu suā formā p quā cōsti
tuunt̄ in eē sensibili. suba igit̄ separate q̄ sunt in ordine
intelligibiliū sup̄ intellectū possibilē hūanū st̄z actu in
eē intelligibili. intellect⁹ em̄ accipiēs cognitōem a sensi
bilib⁹ nō ē actu in eē intelligibili st̄z in potētia. suba igi
6 tur separata nō accipit cognitōem a sensibilib⁹. ¶ Ad
huc. pfectio nature superioris nō dependet a natura īfe
rioꝛi. pfectio aūt suba separate cū sit intellectual' ē in intelli
gēdo. earꝫ igit̄ intelligere nō dependet a reb⁹ sensibili/
Correla. ꝑ. bus sic q̄ ab eis cognitōez accipiat ¶ Ptz aūt ex hoc̄ q̄
in substātijs separatis nō ē intellect⁹ agēs ⁊ possibil' nisi
forte equoce. intellect⁹ em̄ possibil' ⁊ agēs in aīa intelle/
ctiua inueniūt̄ ꝓpter hoc̄ q̄ accipit cognitōem intellectiu
ā a sensibilib⁹. nā intellect⁹ agēs ē q̄ facit spēs a sensi
bilib⁹ acceptas eē intelligibiles actu. intellect⁹ aūt possi
bil' ē in potētia ad oēs formas sensibiliū cognoscen/
das. cū igit̄ sube separate nō accipiāt cognitōem a sen
sibilib⁹ nō ē in eis intellect⁹ agēs ⁊ possibil'. vñ ⁊ Are/
2. sto. in. iij. de aīa intellectū possibilē ⁊ agētē inducēs du
cit eos in aīa optere ponī ¶ Itē. manifestū ē in eisdē
q̄ local' distātia cognitiōem aīe separate impedire nō ꝑt.
local' em̄ distātia p se ꝓpriū ad sensuz. nō aūt ad intelle/
ctū nisi per accns in quātū a sensu accipit. nā sensibilia
fm̄ determinatā distātiā mouēt sensum. intelligibilia
aūt actu fm̄ q̄ mouēt intellectū nō st̄z in loco cū sint a
materia corpali separata. cū igit̄ suba separate nō accipi/
ant intellectiuā cognitōem a sensibilib⁹. in earꝫ cogni/
tōem distātia local' nihil operat ¶ Palā ē etiā q̄ intel
3. lectuali opatōi earꝫ nō admiscet̄ tpus. sicut em̄ intelli/
gibilia actu st̄z absq̄z loco. ita etiā sunt absq̄z tpe. nā
tpus ꝓseq̄t motū localē. vñ nō mēsurat nisi ea q̄ aliq̄li
ter sunt in loco ⁊ iō intelligere suba separate ē sup̄ tpus.
opatōi aūt intellectuali nr̄e adiacet tpus ex eo q̄ a fan
tasmatib⁹ cognitōem accipim⁹ q̄ determinatū re/pi
ciūt tpus. ⁊ inde ē q̄ in ꝓpōne ⁊ diuisione sp nr̄ intelle/
ct⁹ adiūgit tpus ꝓteritū vel futurū. nō aūt intelligēdo qđ
q̄d ē. intelligit em̄ qđ q̄d ē abstrahēdo intelligibilia a
sensibiliū ꝓditōib⁹. vñ fm̄ illā opinionē neq̄z sub tē
pore neq̄z sub aliq̄ ꝓditōne sensibiliū rer̄ intelligibile
ꝓphēdit. ꝓponit aūt aut diuidit applicādo intelligibi
lia ꝑus abstracta ad res ⁊ in hac applicatōe necesse ē
cointelligi tempus

Q̄ intellect⁹ suba separate sp intelligit actu Lxxxxvij.

Jsta 2° p⁹.

Ex hoc autem appa
ret q̄ intellect⁹ suba separate ē sp intelligēs ac/
tu. Qđ em̄ ē q̄nq̄z in actu q̄nq̄z in potentia
mēsurat̄ tpe. intellect⁹ aūt suba separate ē sup̄ tpus. vt p/
batū ē. nō ē igit̄ q̄nq̄z intelligēs actu ⁊ q̄nq̄z nō. ¶ Itē 2
oīa suba viuēs hz aliquā operatōnem vite in actu ex
sua natura q̄ inest̄ ei sp. hz alie q̄nq̄z insunt ei in poten
tia sic̄ aīalia sp nutriūt̄ hz nō sp sentiāt. suba aūt separate
sunt suba viuētes. vt ex ꝑmissis ꝓz. nec hnt aliā opa
tionē vite nisi intelligere. oz igit̄ q̄ ex sua natura sint 3
intelligētes actu sp ¶ Itē. suba separate mouēt̄ p intelle
ctū corpa celestia fm̄ phoz doctrinā. mot⁹ aūt corpo
rū celestiū ē sp ꝓtinu⁹. intelligere igit̄ subaz separataz
ē ꝓtinuū ⁊ sp. hoc̄ aūt idē seq̄t̄ sic nō ponāt̄ mouētes cor
pora celestia cū sint altiores corporib⁹ celestib⁹. vñ si
ꝑpria opatio corpis celestis q̄ ē mot⁹ ipsi⁹ ē ꝓtinua
multo magis ꝑpria opatio subaz separataz q̄ ē intel
ligere. ¶ Amplius. oē qđ q̄nq̄z operat̄ ⁊ q̄nq̄z nō opat 4
mouet̄ p seipm̄ p accns. vñ ⁊ hoc̄ q̄ nos q̄nq̄z intelligim⁹
q̄nq̄z nō puenit ex alteratōe q̄ ē circa ptē sensibilem
vt dr̄ in. viij. phicoꝛ. st̄z suba separata nō mouet̄ p se qz
nō st̄z corpa. neq̄z mouet̄ p accns qz nō st̄z vnite corpo/
ribus. igit̄ opatio ꝑpria q̄ est̄ intelligere. ē in eis ꝓtinua ⁊ nō intersciā.

¶ Quō vna suba separata intelligit aliā Lxxxxviij.

Jō ꝑ ꝑt. q
Jō. ar. 2.

Sj autem substātie
separate intelligūt ea q̄ st̄z p se intelligibilia. vt
onstrum ē. p se aūt intelligibilia st̄z suba sepa/
rata. vnumitas em̄ a materia facit aliq̄d eē p se intelligi
bile. vt ex superioribus ꝓz. seq̄t̄ q̄ suba separate intelligāt sic
ut ꝑa obiecta subas separatas. vnaq̄q igit̄ ⁊ seipaz
⁊ alias cognoscet. seipam q̄dē vnaq̄q earꝫ aliter cognos
cit q̄z intellect⁹ possibil' seipm̄. intellect⁹ em̄ possibil' est
vt potētia exīs in eē intelligibili. fit aūt actu p spēm in
telligibilē sic̄ materia ꝑma fit actu in eē sensibili per
formā naturalē. nihil aūt cognoscit fm̄ q̄ ē potētia tm̄.
st̄z fm̄ q̄ ē actu. vñ ⁊ forma ē ꝓncipiū cognitōis rei. q̄
p eā fit actu. silr̄ aūt potētia cognoscitiua fit actu co/
gnoscēs p spēm aliquā. intellect⁹ igit̄ possibil' nr̄ nō co
gnoscit seipm̄ nisi p spēm intelligibilē q̄ fit actu in eā
intelligibili. ⁊ ꝓpt̄ hoc̄ dr̄ Aresto. in. iij. de aīa q̄ est̄ co/
gnoscibil' sic̄ ⁊ alia. i. p spēs a fātasmatib⁹ acceptas
sic̄ p formas ꝑas. suba aūt separate st̄z fm̄ suā naturā.
vt actu entes in eē intelligibili. vñ vnaq̄q earꝫ seipaz
p suā eētiā cognoscit nō p aliquā spēm alterius rei
cū aūt oīs cognitio sit fm̄ q̄ in cognoscēte ē similitudo
cogniti. vna aūt subaz separataz fit silis alteri fm̄ cōez
naturā gnis. dr̄nt aūt eē ab unicē fm̄ spēm. vt ex ꝑmis
sis apparet. videt̄ seq̄ q̄ vna earꝫ aliā nō cognoscat
q̄ztū ad ꝑpriā rōem spēi. st̄z solū q̄ztū ad cōem gnis
rōem. Dicūt ḡ q̄dā q̄ vna subaz separataz ē cā effe/

opi⁹ q̄nd⁹

rtiua alteri⁹. in q̄libet ãt cã effectiua oz eẽ sil̃itudinẽ sui effect⁹. ꝛ sil̃ in q̄libet effectu oz eẽ sil̃itudinẽ sue cãe. eo q̄ vnūqd̄q̄ agens agit sibi sil̃e. sic igit̄ in superiori subaz sepataz ẽ sil̃itudo iferioris sic in cã ẽ sil̃itudo effectus. in iferiori aut̄ ẽ sil̃itudo superioris est. sicut in effectu est similitudo siue causę. in causis aut̄ nō vniuocis sil̃itudo effect⁹ ẽ in cã eminẽti⁹. cãe ãt sil̃itudo in effectu iferiori mō. tales ãt cãs oz eẽ subas sepatas supiores respectu iferioꝝ cū nō sint vn⁹ spẽi in diuersis gradib⁹ ꝟstitute. cognoscit igit̄ suba separata iferior supiorẽ sm modū subę cognoscentis nō sm modū subę cognite. sz iferiori mō. supior aut̄ inferiorẽ eminẽtiori mō. ꝛ h̄ ẽ qđ dr in li. de causis dr q̄ intelligẽtia scit qđ ẽ sub se. ꝛ qđ ẽ sup̄ se p modū sue subę. q̄ alia ẽ cã alteri⁹. sz cū supius sit oñsuz q̄ subę sepate ītellectuales nō sīt ꝓposite ex materia ꝛ forma nō p̄nt causari nisi p modū creatōis. creare ãt solius dei ẽ. vt sup̄ oñsum ẽ. nō poterit igit̄ vna subaz sepataz eẽ alteri⁹ cã. ¶ Prete. oñsum ẽ q̄ ꝑncipales partes vniuersi oẽs sīt a deo ĩmediate create. nō ẽ igitur vna eaz ab alia. vnaq̄q̄ ãt subaz sepataz ẽ de ꝑncipalib⁹ ptib⁹ vniuersi. multo ampli⁹ q̄z sol vel luna cū vnaq̄q̄ eaz habeat ꝓpriã spẽm ꝛ nobiliorẽ q̄z que uis spẽs corporaliū rez. nō igit̄ vna eaz causatur ab alia sz oẽs ĩmediate a deo sic igit̄ sm p̄dicta quelibet subaz sepataz cognoscit deū naturali cognitiõe sm modū sue subę p quã sil̃es sunt deo sic cãe. de⁹ aut̄ cognoscit eas sic̃ ꝓpria cã eaz oĩm in se sil̃itudinẽ h̄ns nō aut̄ h̄ mō vna subaz sepataz poterit cognoscere alią cū vna nō sit cã alteri⁹. Cõsiderãdū ẽ igit̄ q̄ cū nulla hm̄oi subaz sm suã essentiã sit sufficiẽs ꝑncipium cognitõis oĩm aliaz rez. vnicuiq̄ eĩ eaz sup̄ ꝓpriã subam oz supaddere quasdã ītelligibiles sil̃itudines p q̄s q̄libet eaz alia in ꝓpria natura cognoscere possit. Hoc ãt sic manifestū ẽ p̄t. ẽ eĩ ꝓpriũ obiectū intellect⁹ ens ītelligibile qđ̄ qđem ꝓpẽdit oẽs dr̃as ꝛ spẽs entis possibiles. q̄cq̄d eĩ ẽ p̄t. ītelligi p̄t. cū ãt oĩs cognitio fiat p modū sil̃itudinis nō p̄t totaliter suū obiectū intellect⁹ cognoscere nisi h̄eat in se sil̃itudinẽ toti⁹ entis ꝛ oĩm dr̃az ei⁹. talis aut̄ sil̃itudo toti⁹ entis ẽ nō p̄t nisi natura infinita q̄ nō determinat ad aliquã spẽm vel gen⁹ entis sz ẽ vl̃e ꝑncipiũ ꝛ ꝟtus actiua toti⁹ entis q̄lis ẽ sola natura diuina. vt in ꝑmo oñsuz ẽ. oĩs ãt alia natura cū sit terminata ad aliqđ gen⁹ ꝛ spẽm entis nō p̄t esse vl̃is sil̃itudo toti⁹ entis. relinq̄t igit̄ q̄ sol⁹ de⁹ p suã essentiã oĩa cognoscat. q̄libet aut̄ suba separata p̄r suã naturã cognoscit p̄fecta cognitõe suã spẽm tm̃. intellect⁹ aut̄ possibil' nequaq̄z. sz p spẽm ītelligibilẽ. sic sup̄ dictū ẽ. Ex h̄ aut̄ q̄ suba aliq̄ est ītellectual'. cõ ꝓpẽsiua ẽ toti⁹ entis. vñ cū suba separata p suã naturã nō fiat actu ꝓpẽdẽs totū ens ipa in sua suba ꝓsiderata ẽ q̄si potẽtia ad sil̃itudines ītelligibiles q̄bus totū ens cognoscit. ꝛ ille sil̃itudines erūt act⁹ ei⁹ inq̄tũ ẽ ĩtellectual'. Nō ãt ẽ possibile quin iste sil̃itudines sint plures. q̄ria oñsum ẽ q̄ totius entis vl̃is p̄fecta sil̃itudo eẽ nō p̄t nisi ifinita. sic̃ aũt natura subę separate nō ẽ ifinita sz terminata. ita sil̃itudo ītelligibil' in ea exĩs nō p̄t eẽ infinita sz terminata ad aliquam spẽm vel gen⁹ entis. vñ ad cõpẽsationẽ toti⁹ entis req̄runt plures hm̄oi sil̃itudines. q̄to ãt aliq̄ suba separata ẽ supior tãto ei⁹ natura ẽ diuine nature sil̃ior. ꝛ iõ est min⁹ ꝓtracta vtpote ꝑpinq̄us accedẽs ad ens vl̃e p̄fectū ꝛ bonū. ꝛ ꝑpter h̄ vniuersaliorẽ boni ꝛ entis ptic̃ipatõem h̄ns ꝛ iõ sil̃itudines ītelligibiles in suba superiori exĩtes sunt min⁹ multiplicate ꝛ magis vl̃es. ꝛ h̄ ẽ qđ Dio. xij. ca. cele. ierar. dr q̄ angeli superiores h̄nt scĩam magis vl̃em. ꝛ in lib. de causis dr q̄ ītelligẽtie supiores h̄nt formas magis vl̃es. summū aũt h̄m̃oi vl̃itatis ẽ in deo q̄ p vnū. s. p essentiam suã oĩa cognoscit. infimū aũt in ītellectu h̄uano q̄ ad vnūqd̄q̄ ītelligibile indiget spẽ ītelligibili p̄pria ꝛ ei coẽqta. non ẽ igit̄ p formas vniuersaliores apud subas supiores ĩpfectior cognitio sic̃ apud nos. p sil̃itudinẽ eĩ aĩal' p quam cognoscim⁹ aliq̄d in gne tm̃ ĩpfectiorẽ cognitõem h̄emus. q̄z p sil̃itudinẽ h̄oĩs p quã cognoscim⁹ spẽm ꝓpriã. cognoscere eĩ aliq̄d sm gen⁹ tm̃ ẽ cognoscere ipfecte ꝛ q̄si in potẽtia. cog̃scere ãt in spẽ ẽ cognoscere p̄fecte ꝛ in actu. ītellect⁹ aũt nr̃ q̄z ifimũ gradũ tenet in substãtijs intellectualib⁹ adeo ꝑticulatas sil̃itudines req̄rit q̄ vnicuiq̄ cog̃scibili ꝑpo oz rĩdere ꝓpriã sil̃itudinẽ in ipo. vñ p sil̃itudinẽ aĩal' nō cognoscit rõnale ꝛ p ꝓs nec hoĩem nisi sm q̄d. sil̃itudo ãt ītelligibil' q̄ ẽ in suba separata ẽ vl̃ioris ꝟtutis ad plura repr̃anda sufficiẽs. ꝛ iõ nō facit ipfectiorẽ cognitõem sz perfectiorẽ. ẽ eĩ vl̃is ꝟtute ad modū forme agẽtis in cã vl̃i. q̄ q̄to fuerit vl̃ior tãto ad plura se extẽdit ꝛ effi/cati⁹ ꝑducit. p sil̃itudinẽ igit̄ vnã cognoscit ꝛ aĩal ꝛ dr̃as aĩal'. aut etiã vl̃iori mō ꝓtractiori sm ordinẽ subaz p̄dictaz. exẽpla igit̄ h̃ui⁹. vt dictū ẽ in duob⁹ extremis accipere possum⁹. s. in ītellectu diuino ꝛ hu/mano. de⁹ eĩ p vnū qđ ẽ suã ẽntia cognoscit oĩa. hõ ãt ad diuersa cognoscẽda diuersas sil̃itudines req̄rit. q̄n etiã q̄to altioris fuerit ītellect⁹ tãto ex paucioribus plura cognoscere p̄t. vñ h̄is q̄ sūt tardi ītellectus oz exẽpla ꝑticularia adducere ad cognitiõez de rebus sumẽdã. cū ãt suba separata in suã naturã ꝓsiderata sit in potẽtia ad sil̃itudines q̄b⁹ totū ens cognoscat. nō ẽ estimãdū q̄ sit denudata ab oĩb⁹ hm̄oi sil̃itudinib⁹. hec eĩ ẽ di' pō intellect⁹ possibil' añq̄z ītelligat. vt dr in. iij de aĩa. neq̄z ẽ etiã estimãdū q̄ aliq̄s eaz habeat in actu ꝛ alias in potẽtia tm̃. sic̃ materia ꝑma in corpib⁹ iferioribus h̄z vnã formã in actu ꝛ alias in potẽtia. ꝛ sic ītellect⁹ possibil' nr̃ cū iã sum⁹ sciẽtes ẽ actu sm aliq̄ ītelligibilia. sm alia vo in potẽtia. cū eĩ ille subę separate nō moueãt neq̄z per se neq̄z per accidẽs. vt oñsum ẽ. oẽ qđ ẽ in eis in potẽtia oz esse in

Jō p⁹ pt⁹. q 55. ar. 3.

actu. alias exirēt de potētia in actū. & sic moueret per se vel p accīs. ē igit in eis potētia & actꝰ q̄ztū ad esse intelligibile sic in corporibꝫ celestibꝫ q̄ztū ad eē naturale. materia eīm corpis celestis ita pficit p suam formā q̄ nō remanet in potētia ad aliq̄s formas. & sil'r intellectꝰ sube sepate totaliter pficit p formas itelligibiles q̄ztū ad cognitōem naturalē. itellectꝰ āt possibil' nr̄. pportionaliter se hz corpibꝫ corruptibilibꝫ q̄bz vnit vt forma. sic eīm fit actu hīns q̄sdā formas itelligibiles q̄ remanet in potētia ad alias. & pter hoc dr in li. de causis q̄ itelligētia ē plena formis. q̄. s. tota potētialitas itellectꝰ ei⁹ ꝑpleta ē p formas itelligibiles. & sic p hmōi itelligibiles spēs vna suba sepata aliā in telligere pt. Forte āt alicui videri pt q̄ cū suba sepata p ēntiam sit itelligibil' nō oz ponere q̄ p aliq̄s spēs intelligibiles vna ab alia itelligat hz p ēntiā ipsius sube itellecte. hoc eīm q̄ suba aliq̄ p spēm itelligibilem cognoscat videt accidere substātijs materialibꝫ ex hoc q̄ nō sunt p suā ēntiā itelligibiles actu. vñ oz q̄ per intētōes abstractas itelligāt Huic etiā videt ꝓsonare dictū phi dicētis. in. xi. metaph. q̄ in substātijs separatis a materia nō differt itellectꝰ intelligere & qđ intelligit. hoc aūt si ꝓcedat hz dubitatōes nō paucas. ꝓmo qđē q̄z itellectꝰ in actu est intellectū in actu fm doctrinā Aresto. difficile ē aūt videre q̄ūo vna suba sepata sit vnū alteri dū itelligit ipām ¶ Adhuc. oīne agēs vel operās opat p suā formā. cui opatio nīdet sicut calefactio calori. vñ & illud videm⁹. cuiꝰ spē visus informat. nō videt aūt eē ipossibile q̄ vna suba sepata sit forma alteri⁹ cū habeat vnaq̄q eē sepatum ab alia. ipossibile igit videt q̄ vna videat ab altera p ēntiā suā ¶ Amplius Intellectū ē pfectio itelligētis. nō pt āt inferior suba sepata eē pfectō superioris. seqretur etiā q̄ superior inferiorē nō itelligeret si p ēntiā suā vnaq̄q itelligeret & nō p spēm aliā ¶ Itē Intelligibile ē extra itellectū q̄ztū ad id q̄ itelligit. nulla āt suba illabit mēti nisi solus deꝰ q̄ ē in oīb⁹ p ēntiā p̄sentiam & potētiā. ipossibile igit videt q̄ suba sepata p essentiā suā itelligat ab alia & nō p silitudinē ei⁹ in ipa Et hoc qdē oz verū eē fm sentētiā Aresto. q̄ ponit q̄ itelligere ꝓtingit p hoc q̄ itellectū in actu sit vnū cū itellectu in actu. vñ suba sepata q̄uis sit p se itelligibil' actu. nō tn fm se itelligit nisi ab itellectu cui ē vnū sic aūt suba sepata seipaz itelligit p ēntiā suā. & fm hoc ē idē intellectꝰ & itellectū itelligere Secūm āt pōnē Platonis itelligere fit p ꝓtactū itellectꝰ ad rē itelligibilem sic igit vna suba sepata pt aliā p ei⁹ ēntiā itelligere dū eā spū. lr ꝓtingit. superior qdē inferiorē q̄si eā sua ꝓtute ꝓcludēs & ꝓtinēs. inferior ꝑo superiorē q̄si eā capiens vt sui pfectōem. vñ & Dio. dr. iiij. ca. de diui. no. q̄ superiores sube itelligibiles sunt q̄si cibo inferior

Jō. p°. p.q. 57. ar. ꝑmo Jsta ꝑ°. p².

¶ Q sube sepate cognoscūt mālia lxxxvij

SO°. instā.

PEr predictas igit for-

¶ Ex premissis ãt apparet q̃ impossibile ẽ felicitatẽ hũanã ꝯsistere in delectatõnib⁹ corpalib⁹. quar ꝓcipue sunt in cibis et venereis. Ostensum ẽ eñ q̃ fm nature ordinẽ delectatio ẽ ꝓpter opatõnem et nõ ecõuerso. si igit opatões nõ fuerint ultim⁹ finis delectatões ꝯsequẽtes eas neqz sunt ultim⁹ finis neqz ꝯcomitantes ultimũ finẽ. ꝯstat ãt q̃ opatões q̃s ꝯsequunt̃ ꝓdicte delectatões nõ sunt ultim⁹ finis. ordinant ãt ad alios fines manifestos sicut comestio ad ꝯseruatõnem corpis. coit⁹ ãt ad generatõez. plis. delectatões igit pmisse nõ sunt ultim⁹ finis neqz ultimũ finẽ ꝯcomitates. nõ ẽ igit in his ponẽda felicitas. 2. ¶ Adhuc. uolũtas ẽ supioꝛ q̃ appetitus sensitiu⁹. mouet eñ ipm sicut supius dictũ ẽ. in actu ãt volũtatis nõ ꝯsistit felicitas sicut iã sup̃ oñsum ẽ. multo igit min⁹ in delectationib⁹ ꝓdictis q̃ sunt in appetitu sensitiuo. ¶ Amplius. felicitas ẽ qđã bonũ hois ꝓpriũ. nõ eñ bruta pñt dici felicia nisi abusiue. delectatões ãt pmisse sũ cões hoĩb⁹ et brutis. nõ ẽ igit in eis ponẽda felicitas. 3. ¶ Itẽ. ultim⁹ finis ẽ nobilissimũ eoz q̃ ad rẽ ptinent hz eñ rõem optimi. hẽ ãt delectatões nõ ꝓueniũt homini fm id qđ ẽ nobilissimũ in ipo qđ ẽ intellect⁹ hz fm sensuz. nõ ẽ igit in talib⁹ delectatoib⁹ ponẽda felicitas. 4. ¶ Amplius. summa pfectio hois eẽ nõ pt in hẽ q̃ ꝯiũgit rebus seriorib⁹. hz p hẽ q̃ ꝯiũgit alicui rei altioꝛi. finis eñ ẽ melioꝛ eo qđ ẽ ad finẽ. delectatões ãt pmisse ꝯsistũt in hẽ q̃ hõ fm sensuz ꝯiũgit aliqbꝫ seriorib⁹. s. sensibilib⁹ qbusdã. nõ ẽ igit in talib⁹ delectationib⁹ felicitas ponẽda. 5. ¶ Amplius. qđ nõ ẽ bonũ nisi fm q̃ ẽ moderatũ nõ ẽ fm se bonũ sed accipit bonitatẽ a moderãte. usus ãt ꝓdictaꝝ delectationum nõ ẽ bon⁹ hoĩ nisi sit moderat⁹. aliq eñ delectatões he seipsis ẽ ꝓdirẽt nõ sunt igit he delectatões fm se bonũ hois. qđ ãt ẽ summũ bonũ. ẽ ꝓ se bonũ. qz qđ ꝓ se bonũ ẽ. melioꝛ ẽ eo qđ ꝓ aliđ. nõ sunt igit tales delectationes summũ hois bonũ qđ ẽ felicitas. 6. ¶ Itẽ. in oibus q̃ ꝓ se dicunt̃ seq̃t magꝫ ad magis si simplr seq̃t ad simplr. sicut si calidũ calefacit. magꝫ calidũ magꝫ calefacit. et maxie calidũ maxie calefacier. si igit delectatões ꝓmisse eẽnt fm se bone. opteret q̃ maxime uti eis eẽt optimũ. hẽ ãt pz eẽ falsuz. nã min⁹ usus eoz reputat̃ in vitiũ. et ẽ etiã coꝛpi noꝛi⁹ et silibz delectatõnũ ipeditiu⁹. nõ sunt igit ꝓ se bonũ hois. in eis igit non ꝯsistit hũana felicitas. 7. ¶ Preterea. act⁹ ꝺtutũ sũ labdiles ex hẽ q̃ ad felicitatẽ ordinãt̃. si igit i delectationib⁹ ꝓmissis ꝯsisteret hũana felicitas. act⁹ ꝺtutũ ma

gis eēt laudabil'in accedēdo ad has ꝛelectatōnes q̄z in abstinēdo ab eis. h̄ ät pz eē fallūz. nā act⁹ tēperantie maxime laudak in abstinēdo a ꝛelectatōibꝫ. vñ ab h̄ ꝛenoiak. nō ē igit̄ in ꝛelectatōibꝫ pmissis hois felicitas. ¶ Amplⁱ⁹. finis vltim⁹ cuiusl libet rei dē ē vt ex pmissis pz. illō igit̄ oz vltimū finē hois poni p qō maxie appropiquat ad ꝛeū. p pdictas ät ꝛelectatōes hō ipedit a maxima appropinqtōe ad ꝛeū q̄ fit p cōtemplatōem quā maxime pdicte ꝛelectatōes ipediūt vtpote ad sensibilia maxie hoiez ūmergētes. z p ons ab itelligibilibꝫ retrahētes. nō ē igit̄ in ꝛelectatōibꝫ corpalibꝫ felicitas hūana ponēda. ¶ Per h̄ ät exclu/dīt error epicurioz in his voluptatibꝫ felicitatē hois ponentium. ex q̄z psona dr Salomon Eccl'astes. v. Hoc itaq; visum ē mihi bonū vt comedat q̄s z bibat z fruak leticia ex labore suo. z hec ē pars illius. z Sap. ij. Ubiq; relinq̄m⁹ signa leticie. q̄m hec ē ps nr̄a. z hec ē sors nr̄a. Excludit̄ etiā error cheritianoz q̄ in vltima felicitate post resurrectōem mille annos in regno xp̄i fm carnales vētris voluptates fabulāt futuros. vñ z chiliastes q̄si millenarij sunt appellati

Error q̄rundā excludit̄

Scdus error excludit̄

3. In greco chilia idē ē q̄ mille. Excludunt̄ etiā iudeoꝝ z saracenoꝝ fabule. q̄ retributōes iustoꝝ in pdictis voluptatibꝫ ponūt. felicitas eīm ꝓtutis est pmiū

Jō p⁹ 2ᵉ. q. 2. ar. 2.

¶ Q̄s felicitas hois nō ꝯsistit in honoribꝫ xxviij

Jsta 2° p⁹. j.

Ex pdictis pz q̄ etiā nec in honoribꝫ ē summū hois bonū qō ē felicitas. Finis eīm vltim⁹ hois z sua felicitas ē ei⁹ pfectissima opatio vt ex supioribꝫ pz. honor ät hois nō ꝯsistit in sua opatōe sz alter⁹ ad ipm q̄ ei reuerentiā exhibet. nō ē igit̄ felicitas hois in honoribꝫ poonēda. ¶ Adhuc. qō ē ppter alterꝫ bonuz et ꝛesiderabile nō ē vltim⁹ finis. tale ät ē honor. non eīm aliqs recte honorak nisi ppter aliqd̄ aliō bonuz in eo exīs. z ppter h̄ hoies honorari q̄runt q̄si boni alicuius qō in eis ē testimoniū habꝛe volētes. vñ z magis gaudēt hoies a magnis z sapiētibꝫ honorari. nō ē igit̄ in honoribꝫ felicitas hois ponēda. ¶ Amplius. ad felicitatē p ꝓtutē pueniūt. opatōes ät ꝓtutū sunt volūtarie. aliter eīm nō ecnt laudabiles. oz igit̄ felicitatē eē aliqd̄ bonū ad qō hō sua volūtate pueniat. hoc ät q̄ honorē assequat nō ē in ptāte hois sz magis in ptāte honorātis. nō ē igit̄ in honoribꝫ felicitas hūana ponēda. ¶ Jtē. oē dignū honore nō pt nisi bonis ineē. honorari ät nō pnt etiā mali. meliⁿ ē igit̄ fieri honore dignū q̄z honorari. nō ē igit̄ honor summū hois bonū. ¶ Preterea. summū bonū ē pfectū bonū. pfectū ät bonū nō ꝯpatit aliqd̄ malū cui ät ineſt aliqd̄ malū ipossibile ē eē malū. ipossibile est igit̄ eē malū cui adest summū bonū. pt ät aliqs malꝰ honorē ꝯseq̄. nō est igit̄ honor summū hois bonum

1. 2. 3. 4. 5.

¶ Q̄s felicitas hois nō ꝯsistit i gl'ia mūdana xxix

Jō p⁹ 2ᵉ. q. 2. ar. 3.

Ex q̄ etiā apparet q̄ nec in gl'ia que ē in celebritate fame ꝯsistit summū hois bonū. Est eīm gl'ia fm Tullīū frequēs de aliq̄ fama cū laude. z fm Ambrosiuz. clara cū laude noticia. ad h̄ ät volūt hoies ūnoteſcere cū laude z claritate q̄dāvt ab eis q̄bꝫ ūnoteſcūt honorent. ē igit̄ gl'ia ppt honorē q̄sita. si igit̄ honor nō ē summū bonū multo min⁹ gl'ia. ¶ Adhuc. laudabilia bona sunt fm q̄ aliqs ordīt ordinat⁹ ad finē q̄ ät ordinat⁹ ad finē nodū ē vltimū finē assecut⁹. laus igit̄ nō attribuit̄ ei q̄ iā ē vltimū finē assecut⁹. sz magis honor vt phs dr in pmo ethicoz. nō pt igit̄ gl'ia eē summū bonū cū ꝓncipal'r in laude ꝯsistat. ¶ Amplⁱ⁹. cognoscere nobili⁹ ē q̄z cognosci. nō eīm cognoscunt̄ nisi q̄ sunt nobiliora i rebꝫ. cognoscunt̄ ät etiā infima. nō pt igit̄ summū hois bonū eē gl'ia q̄ ꝯsistit in h̄ q̄ aliqs cognoscat. ¶ Jtē. cognosci aliqs nō ꝛesiderat nisi in bonis. in malis aūt q̄rit latere. cognosci igit̄ bonū ē z ꝛesiderabile. ppt bona q̄ in aliq̄ cognoscunt̄. illa igit̄ sunt meliora. nō ē igit̄ gl'ia q̄ in h̄ ꝯsistit q̄ aliqs cognoscat summū hois bonū. ¶ Preterea. summū bonū oz eē pfectū cū q̄tet appetitū. cognitō ät fame in q̄ gl'ia hūana ꝯsistit ē ipfecta. est eīm plurimū incertitudinis z erroꝛis hūs. nō pt igit̄ talis gl'ia eē summū bonū. ¶ Jtē. id qō summū hois bonū ē. oz eē stabilissimū in rebꝫ hūanis. natural'r eīm ꝛesiderat diuturna boni stātia. gl'ia ät q̄ in fama ꝯsistit ē istabilissima. nihil eīm ē mutabil⁹ opinione et laude hūana. nō ē igit̄ talis gl'ia summū bonū hois

1. 2. 3. 4. 5.

¶ Q̄s felicitas hois nō ꝯsistit i diuitijs xxx.

Jō p⁹ 2ᵉ. q. 2. ar. pmo Jsta 2° p⁹. j.

Ex hoc autē apparet q̄ nec diuitie sunt summū hois bonū. ¶ Nō eīm appetunt̄ diuitie nisi ppt aliud. p se eīm nihil boni iferūt. sz solū vtimur eis vel ad corpis sustentatōem vel ad aliqd hmōi. qō ät est summū est ppt se ꝛesideratū z nō ppt aliud. nō sunt igit̄ diuitie summū hois bonū. ¶ Adhuc. oz possessio vl ꝯseruatio nō pt eē summū hois bonū q̄ maxime ꝯseruāt hoi in h̄ q̄ emittunt̄. diuitie ät in h̄ maxie ꝯseruant q̄ expendunt̄. hoc eīm eaz vsus est. nō pt igit̄ diuitiaz possessio eē summū hois bonū. ¶ Amplⁱ⁹. act⁹ ꝓtutis laudabil'ē fm q̄ ad felicitatē accedit. magis ät est laudabil'act⁹ liberalitatis z munificētie q̄ sunt circa pecunias ex h̄ q̄ pecunie mittunt̄ quā ex h̄ q̄ ꝯseruant̄. vñ z ab hoc noīa haz ꝓtutū sumunt̄. nō ꝯsistit igit̄ hois felicitas in possessione diuitiaz. ¶ Jtē. illud in cui⁹ ꝯsequtōe summū hois bonū ē oz eē hoie melius. diuitijs ät hō ē melior cū sint res q̄dā ad vsum hois ordinate. nō ē igit̄ i diuitijs summū hois bonū. ¶ Preterea. summū hois bonū fortune nō subiacet nā fortuita absq; studio rōis eueniūt. oz ät q̄ p rōez

1. 2. 3. 4. 5.

homo ꝑpriū finē ꝯsequatur. in ꝯsecutōe aūt diuitiarum maximū locū hz fortuna. nō est igiť in diuitijs humana felicitas ꝯstituta. ¶Amplius. hoc euidēs fit p hoc q diuitie inuolūtarie amittūtur. ⁊ q malis euenire possunt quos necesse est summo bono carere et q instabiles sunt ⁊ alia hmōi. que ex superioribus rōnib colligi possunt.

6

Q felicitas humana nō consistit in potentia mundana .xxxi.

Jsta ꝯ° ꝑ². 1

SImiliter autez nec in mūdana potentia summū hois bonuz esse pt cum in ea obtinenda plurimū fortuna possit ⁊ instabilis sit. ⁊ nō subiacat hois volūtati. ⁊ plerūqz malis adueniat q̄ summo bono repugnāt. vt ex premissis pz ¶Item. hō maxime dr bonus fm q ad summū bonū attingit. fm aūt q habz potentiā nō dr bonus neqz malus. nō em est bonus oīs q pt bona facere. neqz malus est aliquis ex hoc q pt mala facere. summū igiť bonū nō cōsistit in hoc qd est esse potentē. ¶Adhuc. oīs potentia ad alterz est. summū aūt bonū est ad alterū. nō est igiť potētia summū hois bonū. ¶Amplius illud quo q̄s pt et bene ⁊ male vti nō pt esse summū hois bonū. melius em est quo nullus male vti pt. potentia aūt aliqs bene et male vti potest. nam potestates rōnales ad oppositā sunt. nō est igiť potestas humana summū hois bonū. ¶Preterea. si aliqua potestas est summū bonū oportz illā esse pfectissima. potestas aūt humana est imperfectissima. radicat em in hominū volūtatib et opinionib in quib est maxima incōstantia. ⁊ q̄z to magis reputat potestas tanto a plurib pendet qd etiā ad eius pbilitatem ptinet. cū qd a multis pendet pstrui multipliciter possit. nō est igitur in potestate humana summū hois bonū. felicitas igiť hominis in nullo bono exteriori ꝯsistit. cū oīa exteriora bona q dicūtur bona fortune sub p̄dictz ptineant

2

3

4

5

¶Q felicitas nō ꝯsistit in bonis corpis .xxxij

Jsta ꝯ° ꝑ². 1

QBod aūt nec in corporis bonis. cuiusmodi sunt sanitas. pulcritudo. ⁊ robur. sit hois summū bonū pr similia manifeste apparet. hec em etiā bonis ⁊ malis ꝯmunia sunt ⁊ instabilia sunt. ⁊ volūtati non subiacent. ¶Preterea. aīa est melior corpore qd non viuit nec pdicta bona hz nisi p animaz. bonū igiť aīe sicut intelligere ⁊ alia hmōi est melius q̄z bonuz corporis. nō est igiť corporis bonū summū hois bonuz. ¶Adhuc. hec bona sunt homini ⁊ alijs aīalib ꝯmunia. felicitas aūt est ꝑpriū hois bonū. nō est g̃ in premissis bonis homis felicitas ¶Amplius. multa aīalia q̄ztum ad bona corpis sunt hoīe potiora. quedaz em sunt velociora hoīe. qdā robustiora. ⁊ sic de alijs. si igitur in his esset summū hois bonū non esset hō optimū aīaliū. qd patz esse falsum. nō est igiť felicitas humana in bonis corpis ꝯsistens

2

3

4

¶Q felicitas hūana nō ꝯsistit in pte sensitiua. xxxij

Jsta ꝯ° ꝑ². 1

OEreadez etiā apparet q neqz summū hois bonū est in bonis sensitiue partis. nam hec etiā bona sūt hoī et alijs aīalib ꝯmunia. ¶Itē. intellectus est melior sensu. bonū igiť intellect⁹ est melius q̄z bonū sensus nō igiť summū hois bonū in sensu ꝯsistit. ¶Adhuc. maxime delectatōes fm sensum sunt in cibis ⁊ venereis in quib oporteret esse summū bonuz si in sensu esset. nihil est aūt in his. nō est igiť in sensu summuz hois bonū. ¶Amplius sensus diligūtur ꝓpter vtilitatem ⁊ ꝓpter cognitōem. tota aūt vtilitas sensuū ad corporis bona refertur. cognitio aūt sensus ad intellectūā ordinat. vñ aīalia intellectu carentia non delectāt in sentiendo nisi p ꝓparatiōem ad vtilitatem ad corpus ptinentē fm q p sensus cognitiōem ꝯsequūtur cibos vl venerea. nō est igiť in parte sensitiua summū hois bonū qd est felicitas

2

3

4

¶Q vltima hois felicitas non ꝯsistit in actibus virtutū moraliū xxxiij.

Jsta ꝯ° ꝑ². 1

APparet autez q nec in opationib moralib ꝯsistit vltima felicitas hois. felicitas em humana nō est ad vltiorem finē ordinabilis si sit vltima. oēs aūt opationes morales sunt ordinabiles ad aliq̄d aliud qd pz ex his que inter eas sunt precipue. operatiōes em fortitudinis que sunt in rebz bellicis ordinantur ad victoriā ⁊ ad pacem. stultum em essz ꝓpter se tm bellare. siliter operationes iusticie ad seruandā pacez inter homines ordinātur p hoc q vnusquisqz quiete qd suū est possidet. ⁊ siliter patz in oīb alijs. non est igitur in operatiōib moralib vltima hois felicitas ¶Adhuc. virtutes morales ad hoc sunt vt p eas ꝯseruetur medium in passionib intrinsecis ⁊ exteriorib rebz. nō est aūt possibile q modificatio passionū vel rerū exterioz sit vltimus finis humane vite. cum ipse passiones ⁊ exteriores res sint ad aliud ordinabiles. nō est igiť possibile q in actib virtutum moraliū sit vltima hois felicitas. ¶Amplius. cū hō sit hō ex eo q est rōnem habens. oportz q ꝑpriū eius bonū qd est felicitas sit fm id qd est ꝑpriū rōnis. magis aūt est ꝑpriū rōnis qd ipsa in se hz q̄ qd in alio facit. cū igiť bonū moralis virtutz quoddaz a rōne in rebz alijs a se institutuz nō poterit esse optimū hois qd est felicitas. sz magis bonū qd est in ipsa rōne situm. ¶Itē. ostensum est supra q finis omniū rerum vltimus est assimilari ad deū. illud igiť fm qd est hō maxime assimilat deo erit eius felicitas. hoc aūt non

2

3

4

est fm actus morales. cū tales actus ꝛeo attribui nō ꝑnt nisi metaphorice. nō em̄ ꝛeo ꝙuenit habere passi ones vel aliqua hmōi que sunt circa actus morales nō est igit vltima felicitas hois que est vltimus eius finis ꝙsistēs in actib⁹ moralib⁹ ¶ Prete. felicitas est .5 ꝑpriū hois bonū. illud ḡ qō est maxime ꝑpriū hois inter oia bona humana respectu alioꝝ aialiū est in q̄ querēda est eius vltima felicitas. hmōi aūt nō est vir tutū moraliū actus. naꝫ alia aialia aliq̄d participāt vel literalitatis vel fortitudinis. intellectualis aueē actōis nullū aial aliq̄d participat. nō est igit vltima hois felicitas in actib⁹ moralib⁹

¶ Q̄ vltima felicitas nō sit in actu prudētie .xxxv

Ista ꝙ°. ꝑ². c. 1 EX hoc etiā apparet q̄ neq; in actu prudentie est vltima hois felicitas. Actus em̄ prudentie est solū cir ca ea que sunt moraliū virtutū. nō est aūt in actibus moraliū virtutū vltima homis felicitas. neq; igit in 2 actu prudentie ¶ Adhuc. vltima felicitas hois est in optima hois opatione. optima aūt hois opatio fm id qō est ꝑpriū hois est in ꝙparatōe ad pfectissima obiecta. opatio aūt prudentie nō est erga obiecta p fectissima intellectus vel rōnis. nō em̄ est erga ncca ria. sed erga ꝙtingētia opabilia. nō est ḡ in eius opa tione vltima hois felicitas. ¶ Amplius. qō ordinat 3. ad alterū sicut ad finē nō est vltima homis felicitas operatio aūt prudentie ordinatur ad alterū sicut ad finē. tū q̄ oīs practica cognitio sub qua ꝙtinetur prudentia ordinat ad opationem. tum etiā q̄ pru dentia facit hoiem bene se habere in his que sunt ad finē eligenda. sicut ptz p Aresto. vi. ethicoꝝ. non est igitur in operatōne prudētie vltima hois felicitas. ¶ Item. aialia irrōnabilia nō participant aliq̄d feli 4 citatꝫ. sicut probat Aresto. in ꝑmo ethicoꝝ. partici pant aūt quedā eoꝝ aliquid prudentie. vt patet per eūdē ꝑmo metaphꝫ. igit felicitas nō cōsistit in opera tione prudentie

¶ Q̄ felicitas nō ꝙsistit in opatōe artis. xxxvi.

Ista ꝙ°. ꝑ². c. 1 QAtet etiā q̄ neq; in operatōe artis. q̄ etiā artis cognitio pra ctica est. ⁊ ita ad finē ordinat. ⁊ ideo ipa 2 nō est vltimus finis. ¶ Preterea. operationū artis fi nes sunt artificiata qui nō possunt esse vltim⁹ finis humane vite. cum magis nos simus fines omniuꝫ artificialiū. oīa em̄ ꝑpter hois vsum fiūt. nō ꝑt ḡ in opatione artis esse vltima felicitas

¶ Q̄ vltima felicitas hominis consistit in cō templatione ꝛei xxxvii.

SI igitur vltima felici tas hois nō ꝙsistit in exterioꝛib⁹ que dicunt bona for tune neq; in bonis corpis neq; in bonis aīe q̄tuꝫ ad sensitiuā partē neq; q̄tū ad intellectiuā fm act⁹ mo raliū virtutū. neq; fm intellectuales que ad actionez pertinent. scz artē ⁊ prudentiā. relinq̄tur q̄ vltima ho minis felicitas sit in ꝙtemplatōe veritatis. hec em̄ so la operatio hois est sibi ꝑpria. ⁊ in qua nullo mō ali quid eoꝝ ꝙmunicat. hec etiā ad nihil aliud ordinat sicut ad finē. cū ꝙtemplatio veritatis ꝑpter seipsam querit. ꝑ hāc etiā opationē hō substātijs supioꝛib⁹ ꝙiūgitur p silitudinē. q̄ hoc tm̄ ꝛe operatōib⁹ huma nis in ꝛeo ⁊ in substātijs separatis est. hac etiā opera tione ad illa supioꝛa cōtingit cognoscendo ipsa quo cūq; mō. ad hāc etiā opatōez hō sibi magis est sufficī ens. vtpote ad eam in paꝫ auxilio exterioꝝ rerū egēs ad hāc etiā oīes alie operatōes humane ordinari vi dentur sicut ad finē. Ad pfectōem em̄ ꝙtemplatōnis requirit incolumitas corpis ad quā ordinant artifi cilia oīnia que sunt necessaria ad vitā. requirit etiaꝫ quies a ꝑturbatōib⁹ passionū ad quam ꝑuenitur p virtutes morales ⁊ p prudentiā. ⁊ quies ab exterioꝛi bus passionib⁹ ad quā ordinant totū regimen vite ci uilis. vt sic si recte ꝙsiderētur oīnia hūana officia ser uire videātur ꝙtemplantib⁹ veritatē. nō est aūt possi bile q̄ vltima hois felicitas ꝙsistat in ꝙtemplatione que est ꝑfm intellectū ꝑncipioꝝ. que est ūnpfectissima sicut maxime vlis rerū cognitōnem in potentia ꝙti nens. ⁊ est principiū nō finis humani studij a natu ra nobis ꝑueniens nō fm studiū virtutis neq; etiā fm scias que sunt ꝛe reb⁹ infimis. cū opteat felicitatē esse in opatōe intellectus p ꝙparatōem ad nobilissi ma intelligibilia. relinq̄tur igitur q̄ in ꝙtemplatōne sapiētie vltima hois felicitas ꝙsistat fm diuinoꝝ cō sideratōem. Ex quo etiā pz inductōis via qō supra rōnib⁹ est probatū q̄ vltima felicitas hois nō ꝙsistit nisi in ꝙtemplatione ꝛei

¶ Q̄ humana felicitas nō ꝙsistit in cognitiōe ꝛei q̄ cōiter habet a pluribꝫ xxxviij.

IAquirendū aūt re Ista ꝙ°. ꝑ². c. 1 linquitur in quali ꝛei cognitōne vltima fe licitas substantie intellectualis ꝙsistit. Est em̄ quedā ꝙmunis ⁊ ꝙfusa ꝛei cognitio. q̄ quasi om nib⁹ hoib⁹ adest. siue hoc sit p hoc q̄ ꝛeum esse sit p se notū. sicut alia ꝛemonstratōis ꝑncipia. sicut quibus dam videt. vt in ꝑmo libro est dictuꝫ. siue q̄ magis verū videt. q̄ naturali rōne statim hō in aliqualem ꝛei cognitōem ꝑuenire ꝑt. videtes em̄ hoies res natu rales fm ordinē certū currere cū ordinatio absq; or dinatore nō sit ꝑcipiūt vt in pluribꝫ aliquē esse ordi natorē rerū quas videmus. Quis aūt vel qualis vel si vnus tm̄ est ordinatoꝝ nature nōduꝫ statim ex hac

ꝺmuni ꝺsideratõe habeꝛ. sicut cũ videmus hoĩez moueri ⁊ alia opa agere. ꝓcipim⁹ em̃ ex quãdã cãz harũ opationũ q̃ alijs rebꝫ nõ inest. ⁊ hãc cãm aĩam noĩamus. nõdũ tñ sciẽtes q̃d sit aĩa si est corpus vel q̃liter opatões p̃dictas efficiat. ¶ Nõ est aũt possibile hãc cognitõem ad felicitatẽ sufficere. felicitas em̃ opatio nẽ esse oꝫ absq; ꝺfectu. hec aũt cognitio est multoꝝ erroꝝ admixtionẽ sucipiens. Quidã em̃ rerũ mũdanaꝝ nõ alĩũ ordinatoꝛẽ esse crediderũt q̃z corpa celestia. vñ corpa celestia deos eẽ dixerũt Quidã ꝯo vlterius ipa elemẽta q̃ ex eis generanꝺ q̃si estimãtes motus ⁊ opatões naturales q̃s hñt nõ ab alio ordinatoꝛe eis inesse. ſz ab eis alia ordinari. Quidã ꝯo humanos actus nõ alicuⁱ⁹ ordinatõi subesse credentes nisi hũane. hoĩes q̃ alios ordinãt deos eẽ diterũt. ista igit̃ dei cognitio nõ sufficit ad felicitatẽ. ¶ Amp̃. felicitas est finis hũanoꝝ actuũ. ad p̃dictã aũt cognitõez nõ ordinãtur hũani actus sicut ad finẽ. imo q̃si statum a ꝓncipio oĩbꝫ adest. nõ g̃ in hac dei cognitõe felicitas ꝺsistit. ¶ Jtẽ. nullⁱ⁹ p hoc vitupabilis appareꝛ qꝛ felicitate careat. q̃nimmo carẽtes ea ⁊ i ipaz tendentes laudãtur. ex hoc aũt q̃ p̃dicta dei cognitõe alicꝫ caret maxime vitupabilis apparet. ꝛeſignat em̃ p hoc maxime hoĩs ſtolidit⁹ q̃ tam manifesta dei signa nõ pcipit. sicut ſtolidus reputaretur q̃ hoiem videns eũ habere aĩam eũ nõ ꝓhenderet. Unꝺ ⁊ in ps. 52. Dixit insipiẽs in corde suo nõ est deꝰ. nõ est g̃ hec dei cognitio q̃ ad felicitatẽ sufficiat. ¶ Amp̃. cognitio q̃ habeꝛ ꝛe tm̃ in cõi nõ fm̃ aliq̃d sibi ꝓpriũ est imꝑfectissima. sicut cognitio q̃ habeꝛ ꝛe hoiꝛe ex h̃ q̃ moueꝛ. est em̃ hmõi cognitio p quã res cognoscit̃ in potentia tm̃. ꝓpria em̃ in cõibꝫ potentia ꝺtinẽtur. felicitas aũt est opatio ꝑfecta. ⁊ summũ hoĩs bonũ oꝫ eẽ fm̃ id q̃d est actu ⁊ nõ fm̃ q̃d est potẽtia tm̃. nã potẽtia p actũ ꝑfecta hꝫ boni rõnẽ. nõ est g̃ ꝓmissa dei cognitio ad felitatẽ nostrã sufficiens.

¶ Qꝫ felicitas humana nõ ꝺsistit in cognitõne dei q̃ habeꝛ p ꝛemonstratõem ꝛxxix.

RUrsus est quedam alia dei cognitio altiorꝫ q̃ ꝓmissa q̃ ꝛe ꝛeo p ꝛemonstratõem habeꝛ. p quã magis ad ꝓpriã ipⁱ⁹ cognitõez accedit̃. cũ p ꝛemõstratõez remoueãt ab eo mꝛta. p q̃z remotionẽ ab alijs discretⁱ⁹ intelligit̃. Ostẽdit em̃ ꝛemonstratio ꝛũ esse ĩmobilem eternũ. incoꝛporeũ. oĩno simplicẽ. vnũ. ⁊ alia hmõi q̃ in li. ꝓmo ꝛe ꝛeo ostẽdimus. Ad ꝓpriã aũt alicuⁱ⁹ rei cognitõem puenit̃ nõ solũ p affirmatões. sed etiã per negatões. sicut em̃ ꝓpriũ hoĩs est esse aĩal rõnale. ita ꝓpriũ eius est nõ esse inaiatũ neq; irrõnale. sed h̃ interest inter vtrũq; cognitõnis ꝓprie modũ q̃ p affirmationes ꝓpria cognitõne ꝛe re habita scitur q̃d est res. ⁊ quõ ab alijs seꝑatur. p negationes aũt habita ꝓpria cognitione ꝛe re scitur q̃ est ab alijs discreta. tñ quid sit remanet ignotũ. talis aũt est ꝓpria cognitio que ꝛe ꝛeo habeꝛ p ꝛemõstratões. Nõ est aũt nec ista ad vltimã hoĩs felicitatez sufficiens. ea em̃ q̃ sunt alicuius spẽi puenũt ad finem illius spẽi vt in pluribꝫ. ea vero que sunt a natura sunt semper vel in pluribꝫ. ꝛeficiũt aũt in paucioribꝫ ꝓpter aliquã coꝛruptiõem. felicitas aũt est finis humane spẽi. cũ omnes hoĩes ipam naturaliꝛ ꝛesiderant. felicitas g̃ est q̃d dam cõe bonũ possibile puenire oĩbꝫ hoĩbꝫ. nisi accidat aliq̃bꝫ impedimentũ quo sint oꝛbati. Ad p̃dictã aũt cognitõem ꝛe ꝛeo habẽdã p viã ꝛemõstratiõis pauci puenũt ꝓpter impedimẽta huius cognitõis que in ꝓncipio libꝝ tetigim⁹. nõ est g̃ dei talis cognitio ẽntialiꝛ ipa hũana felicitas. ¶ Adhuc. eẽin actu ẽ finis existẽtis in poña. vt ex ꝓmissis ꝑz. felicitas em̃ q̃ est vltimⁱ⁹ finis ẽ actⁱ⁹ cui nõ adiũgit̃ poña ad vlteriorẽ actũ. talis aũt cognitio p viã ꝛemõstratõis ꝛe ꝛeo habita remanet adhuc in potentia ad aliq̃d vlterius ꝛe ꝛeo cognoscendũ vel eãdẽ nobiliori mõ. posteriores em̃ conati sunt aliq̃d ad diuinã cognitiõem ꝑtinens adiũgere his q̃ne a prioribꝫ inuenerunt tradita nõ est g̃ talis cognitio vltima hoĩs felicitas. ¶ Amplius. felicitas omnem miseriã excludit. nemo em̃ si mul miser ⁊ felix eẽ ꝑt. ꝛeceptio aũt. ⁊ error magna ꝑs miserie est. hoc est em̃ qõ oẽs naturaliꝛ fugiũt. ꝓdicte aũt cognitõi que ꝛe ꝛeo habeꝛ multiplex error attingi ꝑt. qõ ꝑz in multis. q̃ aliqua vera ꝛe ꝛeo p viaꝫ ꝛemonstratõis cognouerũt. qui suas estimatões sequentes dũ ꝛemõstratio eis ꝛeesset in errores multiplices inciderũt. si aũt aliq̃ fuerunt qui sic ꝛe diuinis veritatẽ inuenerũt ꝛemonstratõis via q̃ coꝛ estimationi nulla falsitas adiũgeret̃ paꝛz eos fuisse pauciſsimos. qõ nõ ꝺgruit felicitati que est cõis finis. nõ g̃ est i hac cognitõe ꝛe ꝛeo vltima hoĩs felicitas. ¶ Pꝛe terea. felicitas in opatõe ꝑfecta ꝺsistit. ad ꝑfectionem aũt cognitõis ꝛeq̃ritur certitudo. vñ scire aliter non dicimur nisi cognoscam⁹ q̃d impossibile est aliter se habere. vt ꝑz in ꝓmo posteriorũ. cognitio aũt p̃dicta multũ incertitudinis hꝫ. q̃d ꝛemõstrat diuersitas scientiaꝝ ꝛe diuinis coꝝ q̃ hoc p viã ꝛemõstratõis inuenire conati sunt. nõ est igit̃ in tali cognitõe vltima felicitas. ¶ Jtem. volũtas cũ ꝺsecuta fuerit vltimũ finem quietat eius ꝛesideriũ. vltimus aũt finis oĩs cognitiõis humane est felicitas. illa g̃ cognitio dei ẽntialiter est ipsa felicitas. qua habita nõ restabit alicuius scibilis ꝛesiderãda cognitio. talis aũt nõ est cognitio quã phi p ꝛemonstratões ꝛe ꝛeo habere potuerũt. qꝛ adhuc illa cognitõe habita alia ꝛesideramus scire que p hanc cognitõem nõdũ sciũtur. nõ est igit̃ in tali cognitõe dei felicitas ¶ Adhuc. finis cuiusliber in potentia existens est vt ducatur in actum. ad hoc em̃ tendit p motum quo mouetur in finẽ. tendit aũt vnũquodq; ens in potentia ad hoc q̃ sit actu fm̃ q̃ est possibile. aliquid em̃ est existẽs in potentia cuius

tota potentia ꝑt reduci in actū. vñ huius finis est vt totaliꝝ in actū reducaꝫ. sicut graue extra medium existens est in potentia ad ꝓpriū vbi. aliq̄d vero cuius potentia tota nō ꝑt simul in actū reduci. sicut ptz de materia ꝑma. vñ p sinū motū appetit successiue in actu diuersaꝝ formarū exire que sibi ꝓpter earū diuersitatē simul inesse nō possunt. intellectus aūt videtur esse in potentia ad oia intelligibilia. vt in secūdo dictum est. duo aūt intelligibilia pñt simul in intellectu possibili existere ſm actū ꝑmū. qui est scia. licz forte nō ſm actū secūdū. qui est ꝯsideratio ¶ Ex quo pz q̄ tota potētia intellectus possibilis ꝑt reduci simul in actū. hoc g̃ requirit ad eius vltimū finē q̄ est felicitas. hoc aūt nō facit p̄dicta cognitio que de deo p demonstratōem habetur ꝑt. quia ea habita adhuc multa ignoramus. nō est ergo talis cognitio dei sufficiens ad vltimam felicitatem

¶ Q̄ felicitas humana nō ꝯsistit in cognitōne dei que est per fidem ꝓl.

Ita 2° ꝓ². l.

QStautē et alia dei cognitio q̄ntum ad aliq̄d superior cognitione p̄dicta. qua scz deus ab oīnib⁹ p fidē cognoscit. que eadem q̄ntum ad hoc cognitiōem q̄ de deo p demonstratōem habet excedit. qz q̄dam de deo p fidem cognoscimus ad q̄ sui ꝓpter eminētiaz nō demonstrās peruenire nō ꝑt. sicut in ꝓncipio huius operis dictū est. nō est aūt possibile neq; in hac dei cognitione vltimā hois felicitatē ꝯsistere. felicitas em̄ est p fecta humani intellectus opatio. sicut ex dictis patz in cognitōe aūt fidei inuenit opatio intellectus ipfectissima q̄ntum ad id q̄d est ex parte intellect⁹. q̄uis maxima pfectio inueniaꝫ ex parte obiecti. nō em̄ intellectus capit illud cui assentit credendo. nō est igit neq; in hac dei cognitōe vltima hois felicitas ¶ Itē ostensum est supra. q vltima felicitas nō ꝯsistit ꝓncipaliter in actu volūtatis. in cognitōe aūt fidei ꝓncipalitatem hz volūtas. intellectus aūt assentit p fidē his que sibi ꝓponūtur qz vult. nō aūt ex ipsa veritatis euidentia necc̄ario tractus. nō est g̃ in hac cognitione vltima hois felicitas. ¶ Adhuc. qui credit assentit p̄bet his q̄ sibi ab alio ꝓponūtur. que ipse nō videt. Vñ fides magis hz cognitōem auditui silez q̄z visioni. nō aūt crederet aliq̄s nō visis ab aliquo propositis nisi estimaret eū pfectiorē cognitōnem habere de ꝓpositis q̄z ipe habeat q̄ nō videt. aut g̃ estimatio credentis est falsa. aut optz q̄ ꝓponēs habeat pfectiorem cognitōem ꝓpositoꝝ. q̄d etsi ipse nō solū cognoscit ea sed quasi ab aliquo alio audiēs. nō ꝑt hoc in infinitū ꝓcedere. esset em̄ vanus z absq; certitudine fidei assensus. nō em̄ inueniret aliq̄d ꝓmū ex se certum q̄d certitudinē fidei credentiā afferret. nō est em̄ possibile fidei cognitōem eē falsam neq; vanā. vt ex dc̄is pz in ꝓncipio li. z tm̄ si esset falsa z vana. in tali cognitōe felicitas nō posset ꝯsistere. Est g̃ aliqua hominis cognitio de deo altior cognitiōe fidei siue ipse hō ꝓponens fidē imediate videat veritatē. sicut xp̄o credimus. siue a videte immediate accipiat. sicut credimus aplis z ꝓphetis. cū g̃ in summa dei cognitōe felicitas hois ꝯsistat. impossibile est q̄ ꝯsistat in fidei cognitōe. ¶ Amplius. p felicitatē cū sit vltimus finis naturale desideriū quietat. cognitio aūt fidei nō q̄etat desideriū. sed magis ipm accendit. qz vnusq̄sq; desiderat videre q̄d credit. nō est g̃ in cognitōe fidei vltima hois felicitas ¶ Prete. cognitio de deo dicta est finis in q̄ntum vltimo fini rerū scz deo ꝯiūgit. per cognitōem aūt fidei non fit res credita intellectui p̄ns pfecte. qz fides de absentib⁹ est nō de p̄sentib⁹. Vñ et aplus dr. ij. Corin. v. q̄diu p fidem ambulamus peregrinamur a dño. sit ēt p fidē deus p̄sens affectui cū volūtarie credens deo assentiat. ſm q̄ dr Ephe. iij habitare xp̄m p fidē in cordib⁹ nostris. nō est g̃ possibile q̄ in cognitōe fidei vltima felicitas hūana ꝯsistat

4.

5

¶ Utrū in hac vita hō possit intelligere subas separatas p studiū z inq̄sitōem sciaz speculatiuaz ꝓli

HAbet autē et adhuc aliam cognitōem de deo intellectualis substantia. Dictum est em̄ in secūdo libro q̄ intellectualis substātia separata cognoscēdo essentiā suā cognoscit z q̄d est supra se z q̄d ē sub se. z ſm modum sue substātie. q̄d p̄cipue necc̄e est si illud q̄d est supra ipam sit cā eius. cū oporteat in effectib⁹ similitudinē inueniri cause. vñ cū deus sit cā oīnium subarum intellectualiū creaturaz. vt ex supioribus pz. necc̄e est q̄ intellectuales sube separate cognoscendo suam essentiā cognoscāt p modū visionis cuiusdā ipm deū. res em̄ illa p intellectū visionis mō cognoscit. cuius similitudo in intellectu existit. sicut z similitudo rei corporalis vise est in sensu videntis. quicūq; g̃ intellectus apprehendit substātiā separatā cognoscendo de ea quid est. videt deū altiori mō q̄z aliqua p̄dictarum cognoscant. Quia g̃ quidā posuerūt vltimā felicitatē hois eē in hac vita p hoc q̄ cognoscūt substātias separatas. cōsiderandū est vtrū hō in hac vita possit substātias separatas cognoscere. hoc aūt questionez hz. intellect⁹ em̄ noster ſm statū p̄sentē nihil intelligit sine phantasmate. q̄d ita se hz ad intellectū possibilē quo intelligimus sicut se habēt colores ad visum. vt patet ex his que in scōo tractata sunt. si igit p cognitōem intellectiuā q̄ est ex phātasmatib⁹ possit peruenire aliq̄s nostruz ad intelligendas subas separatas. possibile erit q̄ aliq̄s in hac vita intelliget ipsas subas separatas. et p ꝯsequens videndo ipsas substātias separatas participabit modū illius cognitionis quo substantia separata intelligens se intelligit. deū. si aūt p

cognitõem que est ex phãtasmatibꝫ nullo mõ possit
puenire ad intelligẽdas subas separas nõ erit possi-
bile q; hõ in statu huius vite pdictũ modum diuine
Diuerse opiõ. cognitõis assequat. Q3 aũt ex cognitõe q̃ est p phan-
tasmata ad intelligẽdũ subas separas puenire possi-
mus aliqui diuersimode posuerũt. Auẽpete namq;
posuit q; p studiũ speculatiuaz sciaz possum⁹ ex his
intellectis q̃ p phãtasmata cognoscimus puenire ad
intelligendas subas separas. possumus em̃ actõe in
tellectus extrahere q̃ditatẽ rei cuiuslibet hñtis q̃di
tatẽ q̃ nõ est sua q̃ditas. est em̃ intellectus nat⁹ co-
gnoscere quãlibet q̃ditatẽ inq̃ntũ est q̃ditas. cũ in-
tellectus ꝑprium obiectũ sit q; q̃d est. sit aũt illud qõ
ꝑmo p intellectũ possibilẽ intelligit est aliq̃d habes
q̃ditatẽ. possumus p intellectũ possibilẽ abstrahe-
re q̃ditatẽ illius ꝑmo intellecti. z si illa q̃ditas ha
beat q̃ditatẽ. possibile erit iterũ abstrahere q̃dita-
tẽ illius q̃ditatis. z cũ nõ sit ꝓcedere in infinitũ. oz
q; stetur alicubi. põt g̃ intellectus noster puenire via
resolutõis ad cognoscendã q̃ditatẽ sube separate nõ
habẽtẽ aliã q̃ditatẽ. talis aũt est q̃ditas sube sepa
rate. põt g̃ intellectus noster p cognitiõem q̃ ex phan-
tasmatibꝫ accipit puenire ad intelligendas subas se
paratas. Procedit aũt ad ostẽdẽdũ idẽ p aliã siles vi
am. Ponit em̃ q; intellectũ vnius rei vtputa eq̃ apõ
me z apud te multiplicat solũ p multiplicatõez spe-
ciez spũaliũ q̃ sunt diuerse in me z in te. oz g̃ q; intel
lectũ qõ non sustentat in aliqua hmõi specie sit idem
apud te z apud me. sed q̃ditas intellecti quã intelle
ctus noster natus est abstrahere. vt ꝓbatũ est. nõ hz
aliquã spẽm spũalem z indiuidualez. cũ q̃ditas in-
tellecti non sit q̃ditas indiuidui neq; spũalis neq;
corꝑalis. cũ intellectũ inq̃ntũ est hmõi sit vle. intelle-
ctus g̃ noster natus est intelligere q̃ditatẽ cuius in
tellectus est vnus apud oẽs. talis aũt est quidditas
sube separate. est g̃ intellect⁹ nr̃ nat⁹ cognoscere subaz
separatam. ¶ Si aũt diligẽter ꝑsideret vie iste friuole
Reꝓbaõ. ꝓdce vie. inuenient. Cũ em̃ intellectũ inq̃ntuz hmõi sit vle. oz
q; q̃ditas intellecti sit q̃ditas alicuius vlis. scz ge
neris vel spẽi. q̃ditas aũt generis vel spẽi hoz sensi-
biliũ cuius cognitõem intellectiua p phãtasmata ac
cipimus. ꝓhendit in se materiã z formã. est g̃ oĩno
dissilis q̃ditati sube separate. q̃ est simplex z ũmateria
lis. nõ est g̃ possibile q; p hoc q; intelligit q̃ditas rei
sensibilis p phãtasmata itelligat q̃ditas sube sepa-
z rate. ¶ Prete. nõ est eiusdẽ rõnis forma que fm̃ se nõ
põt separari ab aliquo subiecto. cũ illa q̃ separat fm̃ eẽ
a tali subiecto. licz vtraq; fm̃ ꝑsideratõnem accipiat
absq; tali subiecto. nõ em̃ est eadẽ rõ magnitudinis
et sube separate nisi ponamus magnitudines separas
medias inter spẽs z sensibilia. sicut aliq̃ platonici po
suerũt. quidditas aũt generis vel spẽi rerũ sensibiliuz
nõ põt separari fm̃ eẽ ab hac indiuiduali materia nisi
forte fm̃ platonicos ponamus rerũ spẽs separatas. qõ
est ab Aresto. imꝓbatũ. Est igit oĩno dissilis q̃d-
ditas ꝓdicta substãtijs sepatis. q̃ nullo mõ est in ma
teria. nõ g̃ p hoc q; hẽ q̃ditates intelligũtur sube se
parate intelligi pnt. ¶ Adhuc. si q̃ditas sube sepa- 3
te ꝛetur eẽ eiusdẽ rõnis cuz q̃ditate generis vel spẽi
istoz sensibiliũ nõ poterit dici q; sit eiusdẽ rõnis fm̃
spẽm. nisi dicamus q; spẽs hoz sensibiliũ sint ipe sub
stãtie separate. sicut platonici posuerũt. Remanet g̃ q;
nõ erũt eiusdẽ rõnis nisi q̃tum ad rõnez q̃ditatis
inq̃ntũ est q̃ditas. Nec aũt est rõ cõis generis. scz et
spẽi z sube. nõ g̃ p has q̃ditates ꝛe subst̃ijs separa
tis aliq̃d intelligi poterit nisi remotũ genus ipsaruz
cognito aũt genere nõ ꝓpter hoc cognoscit spẽs nisi
in potentia. nõ poterit g̃ intelligi suba separata p intel 4.
lectũ haz q̃ditatũ. ¶ Amp. maioz est distantia sube
separate a sensibilibꝫ q̃z vn⁹ sensibilis ab alio. sed itelli
gere q̃ditatẽ vnius sensibilis non sufficit ad intelli
gendã q̃ditatẽ alteri⁹ sensibilis. cecus em̃ nat⁹ ꝑ hz
q; intelligit q̃ditatem soni nullo mõ põt puenire ad
intelligẽdã q̃ditatẽ coloris. multo g̃ minus p hz q;
intelligat q̃s q̃ditatẽ sensibil' sube poterit intellige
re q̃ditatẽ sube separate. Jtẽ. si etiã ponam⁹ q; sube se 5
parate oꝛtes moueãt ex quoz motibꝫ cãntur forme
sensibiliũ. hic modus cognitõis sube separate ex sensi-
bilibꝫ nõ sufficit ad sciẽdã q̃ditatẽ ipaz. nam p effe-
ctũ scit cã. vel rõne silitudinis q̃ est inter effectũ z cãz
vel inq̃ntũ effectus ꝛemõstrat ꝑfectẽ cause. rõne aũtẽ
silitudinis ex effectu non poterit sciri ꝛe cã q̃d est nisi
sit agens vnius spẽi. sic aũt nõ se hñt substãtie separate
ad sensibilia. rõne aũt virtutis hoc etiã nõ põt eẽ. nisi
qñ effectus adequat ꝑfectẽ cause. tũc em̃ p effectũ to-
ta ꝑfectus cause cognoscit. ꝑfectus aũt rei ꝛemõstrat sub-
stãtiã ipius. hoc aũt in ꝓposito dici nõ põt. nã ꝑfectes
subaz separataz excedũt effectus sensibiles oẽs q̃s ĩtel
lectu ꝓhendim⁹. sicut ꝑfectus vlis effectũ pticularem
nõ est g̃ possibile q; p sensibiliũ intellectum ꝛeuenire
possimus ad intelligendũ subas separatas. ¶ Adhuc 6
oĩa intelligibilia in quoz cognitõem ꝛeuenim⁹ p in
quisitionẽ z studiũ ad aliquã sciaz speculatiuaz pti
nẽt. si g̃ p hz q; intelligimus naturas z q̃ditates ist
orum sensibiliũ puenimus ad intelligendas substan-
tias separatas optz q; intelligere subas separatas ꝓtin
gat p aliquã sciaz speculatiuaz. hoc aũt nõ videm⁹.
nõ est em̃ aliqua speculatiua scia q̃ ꝛeceat ꝛe aliq̃ sub-
stantiaz separataz quid est. sed solũ qz sunt. nõ est g̃
possibile q; p hz q; intelligimus naturas sensibiliũ p
ueniamus ad intelligẽdas subas separatas. Si autez
dicat q; est possibile esse aliquã talem scia m speculati
uam. q̃uis adhuc nõ sit inuenta. hoc nihil est. qz nõ
est possibile p aliqua ꝓncipia nobis nota ad intelli-
gendas subas põdictas ꝛeuenire. oĩa em̃ ꝑpria princi
pia cuiuscũq; scie ꝛependent ex ꝓncipijs ꝑmis inde-
monstrabilibꝫ p se notis. quoz cognitõem a sensibi
libꝫ accipim⁹. vt ꝓz in fine posterioꝛ. sensibilia aũt

nō sufficienter ducūt in cognitōem rerū ymaterialiū vt p superiores rōnes est pbatū. nō est ḡ possibile aliquā sciam esse p quā ad intelligendas substantias separatas peruenire possit

¶ Qz nō possumus in hac vita itelligere subas separates sicut posuit Alexāder .xlij.

QVia vero Alexander posuit q intellect⁹ possibilis est generabilis ⁊ corruptibilis. vtpote q̄dā ꝓparatio hūane nature ꝯsequēs ꝯmixtionē elemētoꝝ. vt in scō habitū est. non est aūt possibile vt talis ⁹tus sup̄ materialia eleuet. posuit q intellectus possibilis noster nūq̄z possit peruenire ad intelligēdas subas separatas. posuit tn̄ q nos ſm statū p̄ntis vite possim⁹ subas sepatas intelligere. Qd̄ q̄dē ostēdere nitebat hoc mō. Unumq̄dq̄z qñ peuenerit ad ꝯplemētū in sua gñatōe ⁊ ad vltimā pfectōez siue subē ꝯplebit opatio ꝓpria sua siue actio siue passio. sicut em̄ opatio subam seqūtur. ita opatōis pfectio pfectōem subē vñ aīal cū fuerit ex toto pfectus poterit p se ābulare. intellect⁹ aūt habitual' q̄ nihil est aliud q̄z spēs intelligibiles facte p intellectū agētē existētes in itellectu possibili opatio est duplex. vna vt faciat intellecta in potētia eē intellecta actu. quā hz ex pte itellect⁹ agētz Secōa est itelligere intellecta in actu. hec em̄ duo hō p̄t facere p habitū intellectualē. qñ ḡ ꝯplebit gñatio intellectus in habitu ꝯplebit in ipso vtraq̄z pmissarum operationū. semp aūt accedit ad ꝯplemētū siue generatōis dū nouas spēs intellectas acq̄rit. ⁊ sic necesse est q qñq̄z generatio ꝯpleat nisi sit impedimētū qz nulla generatio est ad infinituz tendēs. ꝯplebit ḡ qñq̄z vtraq̄z operationū intellectus in habitu p hoc q oīa intellecta in potētia faciet in actu. qd̄ est ꝯplemētū ꝓme opatōis. ⁊ p hoc q intelliget oīa intelligibilia sepata ⁊ nō sepata. Cū aūt intellect⁹ possibilis nō possit intelligere subas separatas. iam ſm eius opinionē. vt dictū est. intendit q intelligemus p intellectū in habitu subas sepatas inq̄ztuz intellectus agens qui ab ipso ponit substātia sepata fiet forma intellectus in habitu ⁊ in nobilissimis. ita q p cū intelligem⁹ sicut nūc intelligim⁹ p intellectū possibilē. et cū de ⁹tute intellectus agētis sit facere oīa intellecta in actu que sunt intelligibilia potētia etiā intelligere substātias sepatas. in statu illo itelligemus oēs substātias sepatas ⁊ oīa intelligibilia nō sepata. Et ſm hoc p hāc cognitōem q̄ est ex phātasmatib⁹ peruenimus in cognitōem substātie sepate. nō q ipa phātasmata intellecta p ea sint mediū aliq̄d ad cognoscendas substātias sepatas. ꝓut accidit in scientijs speculatiuis. sicut posuit opinio supior. sed inq̄ztū spēs intelligibiles sunt q̄dā dispositōes in nobis ad talem formā. q̄ est intellectus agens. ⁊ hoc est ꝓmū in quo differūt he due opiniones. Un̄ qñ intellectus in habitu fuerit pfectus p hmōi spēs intelligibiles in nobis factas ab intellectu agēte fiet ipe intellect⁹ agens nobis forma. ut dictū est Et nō sat ipm intellectū adeptū. de q̄ dicūt Aresst. dicere q sit ab extrinseco. ⁊ sic lz i sciētijs speculatiuis nō sit pfectio vltima hūana. sicut supior ponebat opinio. p eas tn̄ hō disponit ad vltimā pfectōem ꝯsequēdā. ⁊ hoc ē scōm in q̄ differt scōa opinio ⁊ ꝓma. Tercio aūt differt p hz q ſm primā opinionē intelligere itellectū agētē ē cā q ꝯtingit etur nobiscū. ſm vo hāc scōam opinionē est econuerso. nā ꝓpter hz q nobiscū ꝯtinuat vt forma intelligim⁹ ipm ⁊ alias subas sepatas Nec aūt irrōnabiliter dicunt. intellect⁹ em̄ in habitu sicut intellect⁹ possibilis ponit ab Alexādro eē gñabil' ⁊ corruptibilis. eternū aūt nō p̄t fieri forma gñabil' ⁊ corruptibil' ſm eū. ꝓpter hoc em̄ ponit intellectū possibilez q̄ vnit nobis vt forma eē gñabilē ⁊ corruptibilē. itellectū vo agētē q̄ est incorruptibilis eē subam sepatā. cū ḡ intellectus agens ſm Alexādrū ponat eē quedā suba separata eterna. ipossibile erit q intellect⁹ agens fiat forma intellect⁹ in habitu ¶ Pre. forma intellect⁹ inq̄ztū est intellect⁹ est intelligibile sicut forma sensus est sensibile. nō em̄ recipit intellect⁹ aliq̄d p se loquēdo nisi intelligibil'r. sic nec sensus nisi sensibil'r. si igit̄ non p̄t intellect⁹ agēs eē intelligibile p intellectū in habitu. impossibile erit q sit forma ei⁹. ¶ Itē itelligere aliq̄d tripl'r dicimur. vno mō sicut intelligim⁹ intellectū q̄ est ⁹tus qua egredit talis opatio. vñ ⁊ ipse intellect⁹ intelligere dr. ⁊ ipm intelligere intellectus fit intelligere nostrū. Alio° sicut ſpecie intelligibili q̄ q̄dē dicimur intelligere. nō quasi ipa intelligat. sz qz vis itellectiua pficit p eā in actu sicut vis visiua p spēm colozis. Tercio mō sicut medio. p cuius cognitōem deuenimus in cognitōem alterius. si ḡ hō q̄nq̄z p intellectū agentē intelligat subas sepatas. optz aliq̄ modoz dictoz hoc dici. nō aūt dr hoc mō tercio. qz non ꝯcedit Alexander q intelligat intellectū agentē vel intellectus possibilis. vel intellect⁹ in habitu. nec etiam scdo mō. qz intelligere p spēm intelligibilē attribuit virtuti intellectiue. cuius illa spēs intelligibilis est forma. Nec aūt ꝯcedit Alexāder q intellect⁹ possibilis vel intellectus in habitu intelligat substantias separatas. vñ nō p̄t esse q sic intelligim⁹ substātias separatas p intellectum agentē. sicut intelligimus aliqua per spēm intelligibilem. si autem sicut per virtutem intellectiuam. oportet q ipsum intelligere intellectus agentis sit intelligere hominis. hoc aūt eē nō potest. nisi ex substātia intellectus agentis ⁊ substantia hominis fiat vnū ſm̄ esse. impossibile est em̄ si sint due substātie ſm eē diuerse. q operatio vnius sit operatio alterius. erit ergo intellectus agens vnū ſm eē cū homine. nō aūt ſm esse accīntale. qz iam nō esset intellectus agens substātia sed accidens. sic em̄ ex colo

Dist. trim.

re ⁊ corpore fit vnū fm esse accidētale. Relinquit igit̄ q intellectus agēs sit cum hoīe vnū fm eē substātiale. erit igit̄ vel alia humana vel pars eius. ⁊ nō aliq̄ substātia separata sicut Alexāder ponit. nō g̃ fm opinionē Alexādri pt poni q hō intelligat substātias separatas

¶ Amplius. si intellect⁹ agēs quāq̄ fiet forma istius hominis. ita q p ipm intelligere possit. eadē rōne poterit fieri forma alterius hoīs p ipm sibi intelligētis. sequet ergo q duo hoīes simul p intellectum agētem intelligent sicut p formā suam. hoc aūt ē ita q ipsum intelligere intellectus agētis sit intelligere intelligētis p ipm. vt iam dictū est. erit g̃ idem intelligere duorū intelligētium. qd̄ ē impossibile. Ratio etiā sua friuola ē omino

Rō Alexād. ē friuola tripliciter

Primo q̄dem. q⁹ q̄n pficit generatio alicui⁹ generis. os q pficiat sua opatio. sed tñ fm modū sui generis. nō aūt fm modū g̃nis altioris. cuius eīm pficit g̃natio aeris hīs g̃natōem ⁊ motū cōpletū sursum. nō tñ vt moueat ad locū ignis. sīl aūt cum cōplet g̃natō intellectus in habitu. cōplebit et⁹ opatio q̄ est intelligere fm suū modū. nō aūt fm modū quo itelligūt substātie separate. vt. s. intelligat substātias separatas. vñ ex g̃natione intellectus in habitu nō pt cōcludi q hō

2 q̄nq̄ intelligat subas separatas. Secūdo. q⁹ eiusdē virtutis ē cōplemētum opatōis cui⁹ est opatio ipsa. si igit̄ intelligere subas separatas sit cōplemētū opatōis intellectus in habitu. sequet q intellectus in habitu intelligat quādoq̄ substātias separatas. qd̄ Alexander nō ponit. sequeret eīm q itelligere subas separatas cōtingeret p scias speculatiuas que sub intellectu in habitu cōprehēdunt. Tercio. q⁹ eorū que g̃nari incipiūt

3 cōplet g̃natio vt in pluribo. cum oīnes g̃nationes rerum sint a causis determiatis q̄ cōsequūt effectus sui os vel semp vl in maiori pte. si igit̄ ad cōpletionem g̃nationis sequit etiam cōplemētum actōnis. oportz etiam q opatio completa cōsequat ea que generant vel semp vel in maiori parte. intelligere aūt substantias separatas nō cōsequunt qui ad g̃nationem intellectus in habitu studēt neq⁹ in pluribo neq⁹ semp. q̄nimmo nullus pfectus est se ad hanc pfectionē peruenisse. nō est igit̄ cōplemētum opatōis intellectus in habitu intelligere substantias separatas

¶ Q̄ nō possumus intelligere in hac vita subas separatas sicut posuit Auerrois xliij

QVia vero maxima

Opinio Auerrois

difficultas ē in opinione Alexandri ex hoc q ponit intellectum possibilem in habitu totaliter corruptibilem. Auerrois faciliorē viam se estimauit adinuenisse ad ostendendum q q̄nq̄ intelligam⁹ substātias separatas ex hoc q ponit intellectum possibilem incorruptibilē ⁊ a nobis fm esse separatū. sicut ⁊ intellectū agētem. ostēdit eīm pmo q necē est ponere q intellectus agēs se habeat ad pncipia naturaliter cognita a nobis. vel sicut agēs ad instrumēta. vel sicut forma ad materiā. intellectus eīm in habitu q̄ intelligimus nō solum hīs hāc actionē. q̄ ē intelligere. sed etiam hāc q̄ est facere intellecta in actu. vtrūq⁹ eīm experimur in nostra potestate existere. hoc aūt qd̄ ē facere intellecta in actu magis ppriē notificat intellectū in habitu q̄ intelligere. q⁹ pus ē facere intellecta in actu q̄ intelligere. sunt eīm q̄daz in nobis facta intellecta in actu naturaliter nō ex studio aut ex nostra volūtate. sicut pma intelligibilia. hoc aūt facere intellecta actu nō pcingit p intellectū in habitu p quē fiūt intellecta in actu ea q̄ scim⁹ ex studio. sed magis sunt inditū intellect⁹ in habitu. vñ ⁊ habit⁹ horū intelligibiliū ab Aristo. in. vi. ethycorū intellectus dr fiūt aūt intellecta in actu p solum intellectū agētē. p hoc aūt fiūt intellecta in actu alia que ex studio scimus. facere igit̄ hec pcequētia intellecta in actu. ē actio ⁊ intellectus in habitu q̄tū ad pma pncipia ⁊ ipsius intellectus agētis. vna aūt actio nō ē duorū nisi vnū eorū cōparet ad alterū sicut agēs ad instrumētū. vl sicut forma ad materiā. horū igit̄ q intellect⁹ agēs pcurat ad pma pncipia intellectus in habitu. vl sicut agēs ad instrumētū. vl sicut forma ad materiā. Qd̄ q̄dē q̄lr possit eē sic ostēdit. Intellect⁹ possibilis cū sit fm et⁹ positionē q̄dam suba separata intelligit intellectū agētē ⁊ alias subas separatas ⁊ etiā pma intellecta speculatiua. ē igit̄ subiectū vtrorūq⁹ q̄cūq⁹ aūt cōueniūt in vno subiecto alterū eorū ē sicut forma alterius. sicut cū color ⁊ lux sint in dyaphano sicut in subiecto. horū q̄ alterū. s. lux sit q̄si forma alterius. s. coloris hoc aūt necē est q̄n habent ordinem ad inuicē non in his que p accidēs pcūgūt in eodē subiecto. sicut albedo ⁊ musica. sunt aūt intellecta speculatiua ⁊ intellect⁹ agēs ordinē adinuicē habētia. cū intellecta speculatiua sint facta intellecta in actu p intellectū agētē. hīs se igit̄ intellect⁹ agēs ad intellecta speculatiua q̄si forma ad materiā. horū igit̄ q cū intellecta speculatiua sint nobis copulata p phantasmata q̄ sunt q̄si q̄dā subiectum ipsorū q etiā intellectus agēs pcinuck nobiscum inquātum ē forma intellectorū speculatiuorū. quādo igit̄ intellecta speculatiua sunt in nobis solum in potētia intellectus agēs cōtinuat nobiscum solū in pōa. q̄n aūt aliqua intellecta speculatiua ī sunt in nobis ī actu ⁊ aliq̄ in pōa pcinuat nobis prim in actu ⁊ prim in pōa. ⁊ tūc dicimur moueri ad pcinuatōem pdictā q⁹ q̄to plura intellecta in actu fuerūt in nobis facta pfectius intellect⁹ agēs pcinuat in nobis. hoc aūt pfect⁹ mot⁹ ad pcinuatōem fit p studiū i scientijs speculatiis p qd̄ ꝺa intellecta acq̄rim⁹. ⁊ false opiniones excludūt que sūt extra ordinē hui⁹ mot⁹. sic mōstruosa extra ordinē naturaliter opatōis. vñ ⁊ ad hūc pfectum iuuāt se hoīes sic iuuāt se inuicē i scientijs speculatiis. q̄n g̃ oia intellecta in pōa fuerint in nobis facta i actu tūc intellectus agens pfecte copulabitur nobis vt forma. ⁊ intelligimus p ipsum pfecte. sicut nūc pfecte intel/

ligimus p intellectum in habitu. vnde cū ad intelle/ crum agētem ptineat intelligere substātias sepatas. intelligemus tūc substātias separatas. sicut nunc in telligimus ītellecta speculatiua. ⁊ hoc erit vltima ho minis felicitas in qua homo erit sicut quidam deus.

*Reproba° Auerrois p^a ip^roba°.

¶ Huius aūt positōnis destructio ex premissis suffi/ cienter apparet. procedit eīm ex suppositōne multo/ rum que in supioribꝫ sunt improbata. *Primo q̄dē supra ostēsum est q intellectus possibilis nō est aliq̄ substātia sepata a nobis fm esse. vñ nō oportebit q sit subiectū substantiaꝝ separataruꝫ precipue cum Aresto. dicat q intellectus possibilis ē in quo ē om/ nia fieri. vñ videt q sit subiectū soluꝫ illoꝝ que sunt
2 facta intellecta. ¶ Item. de ītellectu agente etiā supra ostēsum est q nō est aliqua substātia separata. sed pa aie cui Aresto. attribuit hāc opatōem. s. facere intel/ lecta in actu q̄ est in nostra potestate. vñ non oportе/ bit q ītelligere p intellectū agentem sit nobis causa q possimus intelligere substātias sepatas. alꝫ semp
3. intelligeremus eas. ¶ Adhuc. si intellectus agēs est substātia sepata nō copulat nobiscum nisi p species factas intellectas in actu fm eius positionē. sicut nec intellectus possibilis. licꝫ intellectus possibilis se ha beat ad illas species sicut materia ad formā. intellect⁹ aūt agēs ecōuerso. sicut forma ad materiā. species āt facte intellecte in actu copulant nobis fm eius posi tionē p phātasmata. que ita se habēt ad intellectum possibilem. sicut colores ad visum. ad intellectuꝫ ve/ ro agētem sicut colores ad lucem. vt ex verbis Aresto. in. iij. de aīa pz. non aūt lapidi in quo est color pt at/ tribui neq̄ actio visus vt videat. neq̄ actio solis vt illuminet. q̄ fm positōem predictā homini non pote rit attribui. neq̄ actio intellectus possibilis vt intel ligat. neq̄ actio intellectus agētis vt intelligat sub/ stātias sepatas. vel vt faciat intellecta in actu. ¶ Am
4 plius. fm positionē p̄dictam intellectus agēs nō po nitur cōtinuari nobiscum vt forma. nisi p hoc q est forma speculatiuoꝝ intellectoꝝ. quoꝝ etiam ponit forma p hoc q eadem actio ē intellectus agētis ⁊ il/ loꝝ intellectoꝝ. s. facere intellecta in actu. nō igit po terit esse forma nobis nisi fm q cōmunicāt in actio/ ne eius intellecta speculatiua. hoc aūt communicant in actione eius que est intelligere substātias separa/ tas cum sint species rerū sensibiliū. nisi recedamus ad opinionē Auenpete. qui quidditates substantia/ rū separataꝝ posuit cognosci p ea que intelligimus de istis sensibilibꝫ. nullo igit modo p viā predictam
5 poterimus intelligere substātias separatas. ¶ Prete rea. intellectus agēs fm alium ordinē cōparatur ad intellecta speculatiua quoꝝ est factiuꝰ. ⁊ substantias sepatas quarū nō est factiuus. sed cognoscitiuus tā/ tum fm eius positionē. nō igit oportet si copuletur no bis per hoc q est factiuus intellectoꝝ speculatiuoruꝫ q copulet nobis fm q est cognoscitiuus substātiaꝝ sepataꝝ. sed in tali pcessu est excepto manifeste fm ac cidens. ¶ Adhuc. si p ītellectum agētem cognoscim⁹ 6
